Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-678534-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-678534-p0002-5

1788, 5, C.

# DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA DE PACTIS GENTILITIIS FAMILIARUM ILLUSTRIUM ATQUE NOBILIUM GERMANIAE,

EX RATIONIBUS AUTONOMIAE EARUNDEM FAMILIARIS, PRIVATAE, STRICTIM ATQUE UNICE DIJUDICANDIS.

VULGO:

von den in der Privatfamilien-Geſetzgebungs Freyheit hauptſächlich begründeten

## Haus und Stammverträgen

des hohen und niedern deutſchen Adels.

QUAM UNA CUM SUBJUNCTIS EX UNIVERSO JURE POSITIONIBUS AUSPICE

D. T. O. M.

CONSENTIENTE ILLUSTRI JURECONSULTORUM ORDINE IN ALMA UNIVERSITATE MOGUNTINA PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS RITE LEGITIMEQUE CAPESSENDIS PUBLICAE ET PLACIDAE ERUDITORUM CENSURAE SUBMITTIT

HENRICUS HERSEMEIER

EICHSFELDIACO-BREITENBACENSIS

AA. LL. ET PHILOSOPHIAE MAGISTER

DIE JUNII MDCCLXXXVIII.

MANE HORA LOCOQUE CONSUETIS.

MOGUNTIAE,

Ex Typogr. Elect. Aul. Acad. privil. apud JOANN. JOSEPH. ALEF, Hered. HAEFFNER.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-678534-p0003-1

# DEO ET PATRIAE PATRI

*SACRUM.*

# DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE

*PACTIS GENTILITIIS FAMILIARUM ILLUSTRIUM ATQUE NOBILIUM GERMANIAE, EX RATIONIBUS AUTONOMIAE EARUNDEM PRIVATAE FAMILIARIS, STRICTIM ATQUE UNICE DIJUDICANDIS.*

---

## §. I.

*Fata Doctrinae de pactis gentilitiis ill. et nob. in ſcholis, ſtrictim exponuntur.*

Methodica pertractatio Doctrinae de pactis gentilitiis familiar. illuſtr. et nobl. Germaniae, parum liberalem, multumque ſibi diſparem hucusque in ſcholis experta eſt aleam, atque fortunam:

I. Ictorum alii, proletarii in his rebus, nec in ipſis, ut ajunt, rerum argumentis verſati, illimpidos atque parum genuinos fontes rimati, leviſſimam telam pertexerunt, ſaepiuſcule ſcriptis ſuis politico ſenſu phyſicum theorema comprobantes:



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-678534-p0005-2

minimam eruditionis maſſam, maximum habere volumen *a*). Quorum quidem error primarius in eo eſt, quod ii *forma* pactorum ejusmodi abrepti, omnem juris circa ea verſantis partem ex cortice externo explicare, atque neglecto plane nucleo determinare niſi fuerint.

II. Alii ab exemplis ſibi docendum ſtatuentes, adlato magno rerum ejusmodi in familiis, et judiciis deſuper geſtarum adparatu, concluſiones efformarunt, ſicque viam analogiae inſtruxerunt, qua unica, ceu tutiſſima in his rebus ſit procedendum *b*). Digna hi laude idcirco non ſunt defraudandi, quod ii fontes multo adcuratiores, atque uberiores, obſervantiam ſcilicet tam extrajudicialem, quam judicialem, nunquam in his rebus praetermittendam in medium contulerint, atque ſic practicos rivulos, quibus prata irrigari queant, huc derivarint.

III. Superficiarii alii multis pauca dixere, juſtum ſpatium emenſi non ſunt; fumos vendunt, tibias agitant, thraſones litterarios, meros Empiricos exhibent; quorum numerus ſat magnus, ſi practicis argumentis adhibeatur, rubore ſuffunditur, atque aquam ubique ſibi haerere perſentiſcit *c*).

IV.

---

*a*) In quem cenſum veniunt: Nicol. Betſius, Tr. de familiar. illuſtr. et nobl. ſtatutis, pactis et conſuetudinibus. Francof. 1611. 8. et cum praefat. not. et ind. Jo. Schilteri, arg. 1699. 4. — Philipp Knipſchild de fideicommiſſis familiar. nobl. arg. 1626. Ulm 1693. 4. aliique, quos enumerat ill. de Selchow, Elem. jur. germ. §. 44.

*b*) Quorſum pertinent ſcripta viri immortalis, J. J. Moſeri, ält. Staatsr. Th. XXIII. Anmerk. über die Wahlkap. Carol. VII. Th. III. S. 143. über die Wahlkap. Joſ. II. — Famil. Staatsr. Th. II. K. XVIII. S. 946. fgg. Abhandl. verſchied. Rechtsmater. S. XVIII. et diverſi Tr. des neuen Staatsr. Operam quoque fere perdidit Same Betracht. über die Gräſl. u. Fürſtl. Solmiſche Hausverträge rc. Gieſ. 1784. 8.

*c*) Allegatio odioſa. — Quaenam interim *Conſilia Halenſia*, plures *deductiones* paſſim in vulgus ſparſae in hunc cenſum contribuerint, res notae omnibus, notae in eam rem ſaepiſſimae Moſeri querelae. Multi, ultra

IV. Alii planiſſima quidem via incedentes, generalia duntaxat principia propoſuere, deductionem vero ſpecialium i. e. practicam earundem adplicationem ad familias germ. illuſtres et nobiles in receſſu reliquerunt, aliis demum determinandam *d*).

V. Denique alii, qui juſtum etiam campum forſan emenſi ſunt, ſuperioris duntaxat nobilitatis germanicae rationem habent; cum tamen liquido conſtet, in his rebus non eandem plane inferioris cum ſuperiore, nobilitatis conditionem eſſe, multumque in argumentis autonomiae familiaris privatae, inter illuſtres, et nobiles germaniae, practici pariter et theoretici intercedere diſcriminis *e*).

Multa ſparſim in deductionibus cauſarum illuſtrium, quae occaſione variorum capitum pacti familiae ill. ſ. nob. hucusque emerſere, multa ſcriptis academicis vel incidenter, vel ex profeſſo pertractata fuiſſe, edocere — poſſet longa eorum ſeries hic ſubjungenda. At vero, quem fugit, adcommodari ſaepiſſime partium ſtudiis, et pro lubitu efformari principia juris, quorum valor ex duratione litis dependet? ea finita vero ab ipſis ſaepe partibus, quibus antea inſervierat, data altera, et contraria occaſione negatur? quo ipſo *lubricum* ejusmodi *publicarum diſceptationum*, et argumentorum efficitur.



---

ultra Tribonianum haud ſapientes, rebus ejusmodi intermixti riſum aulis et cachinnum movere, illiberale decus cathedris Ictorum conſciverunt.

*d*) Quorſum referendus excellentis vir ingenii Jo. Chr. Mayer, ſcripto Autonomie St. I. II. Tüb. 1787. 8. cujus opera continuata ſuperfluam procul dubio hanc lucubrationem noſtram effeciſſet. Pütter Beyträge zum deutſch. Staats- und Privatfürſtenrechte. Th. II. Jung. St. XXXIV.

*e*) Familiaris hic error eorum, qui libertatem familiarem utriusque generis nobilium prorſus ſibi aequalem autumant, quorum certe numerus omnes alios excellit; de quo pluribus infra.

Academica vero ſcripta vix primas lineas egrediuntur; politicas et practicas in his rebus partes, ad ſtatum germ. hodiernum relatas ignorant *f*).

Unde hiatum litterarium hic ſubeſſe pridem alii agnovere; ſecura, neutrius partis ſtudio devota, eaque ex habitu illuſtrium et nobilium ad imperium, diverſos ordines perſonarum germ. et ſemetipſos relato immediate abſtracta principia publice non una vice exoptata ſunt. Votis hiſce, quantum per virium penuriam licuerit, problematis inauguralis cauſa ſatisfacturi, argumenta ex hiſtoriis, ex vera relatione familiarum illuſt. et nob. ad ordines ceteros reipubl. ad Imperium, ad Dominos territ. ad membra familiae inter ſe invicem deſumpſimus, practicis per exempla pactorum famil. per res judicatas ſupremorum Imper. Trib. per Tab. confirmationum Caeſar. obſervationibus ſtabilivimus, atque ita ex omni parte verſati ſumus, ut jura a ratione ſtatus hodierna non ſejunxerimus, atque ſic pragmatico prorſus munere jurisconſulti, cordati ſimul et integri, in his rebus nos fuiſſe defunctos ex ſemet ipſo cognoſci queat.

§. 2.

---

*f*) Pragmatici Icti munus eſt, non ea tantum, quae *LL. pactis*, *et obſervantia*, ſed et ea, quae *ex ratione ſtatus politica*, tam in judiciis, quam extra eadem frequentantur, proponere, deſuper judicium modeſtum ferre, utraque ſibi invicem comparare, atque ſic *theſin*, ut ajunt, atque *hypotheſin* efformare; in quo quidem argumenti genere palmam ceteris praeripuit Sam. Treuerus, Ictus ſubtilis, ac perutilis. Cum fructu legenda, quae deſuper expoſuit Jo. Aug. Schlettwein Abh. der ächte Gang in Aufklärung des deutſch. Staats- und Fürſtenrechtes. (In ejusd. Staatsmagaz. für Deutſchland St. I.) ꝛc.

§. 2.

**Pacta gentilitia juridice ſpectata, duabus partibus abſolvuntur.**

a) *Forma.* α) *Ejus hiſtoria.* Inſperſis potioribus argumentis in punctum contracta.

Doctrina de pactis gentilitiis familiar. illuſt. et nob. Germ. juridice ſpectata duabus fere partibus continetur, quarum altera eorundem *formam*, altera *ſubſtantiam*, ſive *capita* eorum determinat. *Forma* medio, quod vocant, aevo, fere arbitraria fuit, moxque ſpeciem *diviſionis*, nunc *teſtamenti*, nunc *fideicommiſſi legalis*, nunc *transactionis* obtinuit. Cave vero, formulam hinc inde obvenientem eines brüderlichen Erbvergleichs, continuo *transactionis*, et non *pacti ſimplicis* potius *jure* explices; in quem errorem prolapſi multi. Antiquae familiar. illuſt. et nob. leges, ſimplices, obſervantiam duntaxat, eo aevo fere communem exprimebant, raro ultra conſueta procedebant. Hinc honor iis ſtrictus, perpetuus, veluti ſacramento quinquagenario munitis habitus; necdum in eorum verba expreſſe jurare oportebat. Ad Saeculum fere usque XV. hodierna illa, undique omnia familiarum capita complectens *forma* pactor. *generalis* incognita.

Perverſis forenſium cauſidicorum machinationibus obviam proceſſuri illuſtres et nob. pedetentim ambitum eorum dilatabant, LL. particulares ante ſancitas in generalem conferebant; unde demum ſeriori aevo, Saec. ſcil. XV. circa medium, pactorum ejusmodi pragmatica atque univerſalis forma, ſub nomine eines Hauptvertrags increbuit g). Materialia eorum, *bona familiae*

g) *Uniones*, *Confraternitates*, *Diviſiones*, *Teſtamenta*, in antiquis Tab. vocantur, et, uti eorum contenta potiſſimum in iisdem capitibus conſpirabant, ſic et eorum forma ad eandem amuſſim compoſita. Gnaviter et ſagaciter rem dixit Jo. Da. Kind, et E. F. A. de Manteufel

*familiae* duntaxat, eaque fere unice, eorum conſervationem reſpexere; unde de *capitibus* ſic dictis *perſonalibus*, v. c. matrimonialibus, cauſis majoris aetatis, cauſis tutelarum etc. quippe cuilibet patrifam. nob. ſive illuſtri ſeparatim relictis, altum eo tempore in pactis gentilitiis ſilentium *h)*.

Forma ipſa ſimplex, plana, clauſulis pene nullis munita. Arbitri rerum familiarum aſſumpti potiſſimum, qui ex familia in ordine clericali, et dignitate eccleſiaſtica conſtituti, eminentiores, puta AEpiſcopi, Epiſcopi, Praepoſiti, Decani, Abbates etc. Laudi etiam compromiſſarii ab aliis in his rebus pronuntiati, ad eos ſaepiſſimae reductiones *i)* Chartae ipſae ſigillis eorum, quorum intererat, in memoriam acceptationis firmatae; pluries etiam ab aliis, agnatis puta remotioribus, ſaepe et extraneis plane, ſignatae.

---

teufel Diſſ. de unionibus hereditariis in germania per juris manuarii aevum uſitatis Lipſiae 1785. P. Haſelberg, Tr. de pactis confraternitatis, prolus. — (Götting. 1787.) §. 8. G. A. Rudloff, Lib. de pactis ſucceſſionis illuſtr. et nob. germ. etc. §. 4.

*h)* Egregio haec argumento inſerviunt Canoni: 1) *Uniones priſtinas familiares, intactam et ſartam cuilibet patri fam. illuſt. reliquiſſe autonomiam domeſticam.* 2) *Pacta gentilitia antiqua magis conſervationi et ſplendori reali, quam perſonali familiarum ſtuduiſſe.* 3) *Non omnia itaque, quae hodie pactis famil. celebrantur, eſſe vera et genuina, ſed aſcititia, et ſaepemodum, ſi rimatus fueris, exitioſa capita.* Ita eſt: ſplendor exquiſitiſſimis et nimiis cautelis intentus ſaepe praemature obſcuravit, aut ad excidium deduxit familias illuſtres. Cogita de multis familiis nobilium in *helvetia*, in *germania*, hoc pſeudo politico principio ad infimam ſortem redactis!

*i)* Hoc pacto v. c. plures Archiepiſcopos Moguntinos ex Domo Naſſov. Weinsberg. Erbac. Rheingrav. Eppſtein etc. multos praepoſitos et Decanos Eccleſiarum Metrop. et Colleg. in Tabulis ceu Mediatores, Directores, et conditores rerum familias ſuas ſpectantium inveni. Fiducia ordinis clericalis, probitas, et quod ii quaſi emolumenti famil. expertes et exſortes rem omnem aequiſſimo ſtudio expedire crederentur, in perpetuam fere obſervantiam totum hoc tranſire juſſerat.

natae. Dirae nullae, ſed quidquid firmamenti loco adpoſitum, *nullitatis clauſula* in caſu contraventionis; raro *clauſula privatoria* emolumenti familiaris continebatur *k*). Sic quoque liberrima circa formam, ſolennitates, mediationes, ſtatuendi poteſtas. Subſcriptio nulla. Teſtamenta progenitorum a ſeris poſteris confirmata, *in legem familiae pragmaticam*, *perpetuo valituram*, *et ſtatutum reale* poſtmodum vel expreſſe, vel tacite uſu longaevo et ſtabili obſervantia, abiere *l*). Aſſume tibi v. c. antiquiſſima pactorum

*k*) Manifeſto indicio, contraventoribus hujusmodi totum ſucceſſionis, tanquam ex pacto et providentia majorum immediate ad ſe devolutae, jus auferri poſſe, nunquam exiſtimaſſe quondam familias illuſt. et nob. ſed eosdem duntaxat pro parum ſui, et decori familiae ſtudioſis reputatos eſſe. En tibi patrium Exemplum! *Embricho dictus vulpes in Rudisheim anno* 1227. habito conſilio omnium parentum et amicorum ſuorum *contulit turrim domus ſuae procurandam ſub forma conditionis* Filio ſuo E. „ *ut ipſo vivente nullus fratrum et ſororum ejus* „ *quidpiam ſe habere in procuratione prefatae* Domus *conſtipent. Ipſo* „ *igitur univerſae carnis viam ingreſſo, ſi uxorem duxit, liberos ge-* „ *nuit, nil prorſus ſe juris in praefata procuratione habere affirment,* „ *ſed gradatim de fratre provectioris aetatis ad fratrem juniorem* „ *praeſcripto jure cedat.*" Adjecta huic pactioni memorabilis clauſula: „ *ut, ſiquis heredum iſtorum, quod abſit, partem praefatae do-* „ *mus vendere voluerit, facta omnium communium heredum collecta* „ *decem marcae cum* M e r d a c a n i n a *offerantur.*" En tibi praemium illiberale, pro ſtudio violandi fideicommiſſum domus Rüdesheimenſis! — Relege pacta ill. domus *Salmenſis*, *Rhingrav. Epſtein*, *Königſtein*, *Cronberg*, *Huſenſtam etc.* Saec. XIII. videbis mirabilem dictorum conſonantiam! — Clauſulas privatorias autem eo aevo plane inuſitatas fuiſſe, non contendo.

*l*) In hoc puncto omne ſacrarium, et momentum *conſervatae* autonomiae fam. conquieſcit, ut, quae ſemel placuerunt, in perpetuum poſtea legis habeant vigorem. Duravit hic mos ad noſtra usque tempora, et in obſerventiam imperii communem religio his pactis habita tranſiit. Recte legatus Bada-Badenſis ad Comitia Imp. inde An. 1766. votabat: „ daß die denen pactis familiarum illuſt. ſchuldige Achtung in u r a l t e r G e w o h n h e i t Deutſchlands, und alſo in d e m kundbaren R e i c h s h e r k o m m e n gegründet ſeye.

rum ejusmodi exempla, qualia hucusque a Saec. inde XIII. illuſtris familia Rhingravica, Solmenſis, Naſſovica, Zollerana, e. i. p. exhibet, miraberis ſimplicitatem formae, nervum dictionis, integritatem, et gravitatem materiae, cui flores, et miſerae noſtrorum curae in exigendis ad ſtabilem normam capitibus, hodie vix ſuppares. Quid multa? maſcula virtus, candor, et recti amans probitas, brevitati juncta, ubique enituit *m*).

Sed et rarae eo aevo lites ſuper forma; — confirmationis neceſſitas nulla *n*); omnia ex judicio amicabili pendebant. Largus obſervationum politicarum, et juridicarum campus in pactis gentilitiis Saec. XIII. deprehenditur; ſcatent quippe argumentis omnia, illapſis in rempub. juribus peregrinis, ſenſim priſtinam formam obſolevisſe, rem familiarem politicum habitum magis magisque ſuperinduxiſſe, atque ſic capitibus pactorum ejusmodi nova quotidie augmenta, conſonantiae familiari priſtinae parum proficua ſparſim ſubrepſiſſe, excidia inde ſaepe familiarum, odia erga ſemet, aliorum excitata, diſcordias internas, lites et jurgia larga manu profluxiſſe.

§. 3.

---

Cfr. Moreri Diſſ. ſur la Religion des Transactions et pacts. dans les Maiſons ill. en Allemagne. à Orleans 1711. 8. — Biener Beſtimmung der K. Machtvollkommenheit ꝛc. §. 118. 119.

*m*) Recte his, et emphatice adplicueris, quae de veterum Germanor. et Suecorum LL. memorat H. Grotius §. 17. dum ait: „*apud veſtros illos populos, a principe ordinumque dilectis bene expenſae leges tria habebant commoda;* 1) *quod nihil noxium latere poterat inter tot monitores.* 2) *Quod prompto animo ſervabantur, quae communis conſenſus ſanxerat.* 3) *Quod eadem nunquam, aut non niſi ſumma cauſa urgente mutabantur.*"

*n*) Dico *neceſſitas.* Confirmationum enim, et ſuppletionum caeſarearum, jam olim pervetuſta memoria. Cfr. v. c. Tabulas *Friderici* de An. 1318. apud Ludewig, reliq. Diplom. T. X. p. 214.

## §. 3.

### β) *Practicae Concluſiones, a forma hod. pactorum Gentilit. dependentes.*

Forma pactorum gentil. hodierna communiter dependet ab indole et forma pactorum in genere, quatenus jure nat. et poſitivo Germ. communi determinatur; hoc duntaxat ſpectato, quod, cum in iis legislationis privatae ratio explicetur, eaque legem fundamentalem familiae, et ſanctionem pragmaticam efficiant, totum de forma judicium magis *ſuper Conſenſu*, et quae ad eundem ſtabiliendum pertinent, quam *ſuper extrinſecis pactorum*, ſit ferendum. Laborent igitur primario, neceſſe eſt, illuſtres et nobb. ut ne eorum, quorum conſentiendi ratio et ſuffragium expoſcitur, quispiam praetermittatur o). Illuſtres quidem etiam intuitu formae pactorum gentil. ſunt partes *Caeſaris et Imp.* quas confirmationibus explicare ſolet; verum enimvero neglecto unius alteriusve membri conſenſu nec confirmatae ejusmodi tabb. convaleſcunt; unde frequens in ſupremis imp. tribunalibus reſcribendi mos: daß vor allen Dingen der noch abgängige Konſenß der Stammvettern zu N. und N. ſchriftlich ad acta zu verſchaffen. Quin adeo, irrequiſito unius alte-

o) Vertitur quippe in hoc cardo omnis futurae ſtabilitatis pacti domus, et correſpondentis obligationis univerſalis omnium vel familiae, vel lineae, membrorum, adeoque fundamentum qualitatis ſanctionis pragmaticae et legis fundamentalis. Incaute multi in his rebus verſati, nimium ſerò damnum ex praetermiſſo hoc argumento experti ſunt; ad conſenſum igitur interponendum vocandi omnes, et ad partes ferendas invitandi. Nimium in vitium hic in re ardua verti nequit. Cfr. *L. B. de Cramer* Syſt. proc. imp. §. 2096. ſeqq. Hanzely Anleit. zur neueſten Reichshofraths- Praxis, Th. II. §. 1461. ſeqq. Ea propter in disquiſitione et voto ſuper petita Confirmatione Caeſ. primario inquiritur, utrum eorum, qui diſſentiendi jus habent, aut proxime habere poſſent, conſenſus ſcriptim interpoſitus adpareat, nec ne? poſteriori caſu praelocuto, vel informatione opus eſt, nec unquam facile eo neglecto, confirmatio caeſaris quaſi ſub clauſulis ei inſertis, jura non conſentien-

alteriusve conſenſu, pactum gentil. ne proprie eos quidem ſtringere, qui expreſſe conſentiere, juris analogiae conforme eſt p).

Conferant igitur 1) omnia et ſingula membra, vel familiae, vel lineae, ſicubi pactum lineae diviſae ſpecialis efformandum. At vero diviſae ſaepemodum ſunt partes membrorum, ſectanturque nonnunquam intereſſe quoddam, omnino diſpar ſibi, et contrarium; nunquid major pars in ceterorum contumaciam concludere quidquam poterit? Nullatenus. Benevolis tractatibus, perſuaſionibus amicis, remonſtrationibus, conſiliis &c. in unum redigenda eſt pars diſſona; opportuna tractantium ſubtilitas, callida dexteritas agendi, in his rebus importunis ſaepiſsime Ictorum Conſiliis praevalet.

2) Maſculorum duntaxat, an et faeminarum ratio in exquirendo conſenſu utrum habenda ſit? ex facto quaeſitum memini. Res uno puncto decidi nequit, ſed ex diverſitate capitum dependet, quatenus faeminarum *utilitas* his pactis, vel *praejudicium* intenditur; poſteriore caſu novis pactis vel ea tantum repetuntur, aut conſcribuntur, quae notoriae hactenus, aut in eventum probabilis fuere obſervantiae domus, et neutiquam earum conſenſum exquiri contendo. Econtra igitur, quando novis pactis conſtringi, aut adimi, aut immutari volunt jura ejusmodi, in quibus aeque hucusque faeminarum ill. vel nob. cum Maſculis partes fuere, v. c. mutando promiſcuum ordinem ſuccedendi hactenus uſitatum in excluſivum, aut adeo fideicommiſſa cognatica in agnatica, feuda promiſcua vel pure faeminina in maſculina, aut declarando adquaeſtum allodialem futurum in anteceſſum pro fideicommiſſo domus &c. Item, ubi in aliis capitibus, v. c. dotis, inſtructus, vidualitii, ſuſtenta-

---

tientium ſatis ſervata forent, ſolet decerni. Idque de jure. Melius eſt intacta jura ſervare, quam poſt vulneratam cauſam remedium quaerere. Exemplis in re Cottidiana abſtinemus.

p) Sic res *ad rigorem juris* examinata ſe habet. Facile tamen largimur, diviſam ſaepius obligandi rationem in familiis ill. habere pacta domus, ex qua tamen nonniſi difficultates, et diſcordias paſſim oriri cernimus.

ſuſtentationis &c. mutatio introduci vult, in his conſenſum faeminarum, earum maxime, quibus praejudicari his pactis adhuc poſſet, exquirendum, nec praetermittendum cenſeo. Idem de conſenſu *viduarum*, *agnatorum*, e. i. p. judicium ferendum *q)*. Uxorio nomine ſaepemodum ad comitia ejusmodi familiaria comparent mariti, licet non tuto ſemper, nec ſatis adaequate. Minorum cauſa prævia ſui per curatorium ad acta legitimatione, funguntur tutores et curatores, qui et ſubſcribunt: in vormundſchaftlichen Nahmen vor und anſtatt meiner Herrn Curanten N. und N. — Intercedunt tractationibus omnes, et ſinguli, projecto ſibi capitum communicato *r)*; monita conferuntur, vel oretenus, vel ſcriptim; fit communicatio, recommunicatio; dirigit ſenior, aut deputati familiae, lineaeve ſpecialis; concluſa in corpus quoddam referuntur; fit

*q)* Viduarum rarius, agnatorum vero ſaepiſsime conſenſus exquirendus eſt. Communicatio agnatis, viduis, faeminis, aliisque non ex omni parte intereſsatis, fieri ſaepe tantum ſolet quodad capita eos concernentia; ex quo hi ipſi caeteris capitibus pactorum ejusmodi nullatenus ſe obſtrictos eſſe, profeſsi nonnumquam ſunt. At contra omnem juris et facti rationem.

In quibus autem punctis, proprie agnatis communicatio de neceſsitate fieri debeat, eorumque conſenſus ſit explorandus, res altioris disquiſitionis, lucubratione digna. Quaeſitum memini nuper: *utrum pacta familiae, remotis agnatis olim confecta quidem, ſed longaevo uſu, et pluribus exemplis domeſticis comprobata, adeo in obſervantiam, et legem fundamentalem tacitam familiae abeant, ut non obſtante agnatorum poſterorum contradictione, pro norma ſtabili, omnes et ſingulos pariter obligante ſint habenda?* Reſpondi: Secundum ea, quae proponerentur, non ſimpliciter videri.

*r)* Communicatur autem vel *ſenioribus*, aut *deputatis familiae* duntaxat, praecipue ubi inter plures lineas disperſas res agitatur; ſiquidem autem in *una* linea duntaxat, aut inter duas, tresve lineas, perſonarum numero non admodum praeſtantes, res conficienda eſt, ſingulis membris fieri ſolet communicatio. Diaetae familiares huic negotio quantocyus perficiendo admodum expediunt. His deficientibus res pertractatur indictis conventibus ſpecialibus, quos inviſere per perſonas, non Mandatarios, Procuratores &c. conſultum.

fit expeditio ſolennis, quo a ſingulis relecto et adprobato fit ſubſcriptio, ſigillatio *s*).

3) Contradictionis hactenus hinc inde obſervatæ ratione nulla habita contendo, in theſi et ex regula in his quoque domeſticis cauſis, quod ad Concluſa formanda, *pluralitatem votorum* dirimere, *quatenus de rebus agitur, communem familiarum rationem ſpectantibus t*) Aliud omnino dicendum, ſi caput, de quo invertendo agitur, *jura ſingulorum unice et directe* concernit, ut puta, quaeſtionem, utrum abrogata hactenus ſtante lineali ſucceſſione v. c. primogenitura, ſenioratu &c. gradualis ordo ſuccedendi ſtabiliendus? quo caſu unius primogeniti diſſenſus, caeterorum unanimia refelleret.

Ex hac forma pactor. gentilit. proin unice determinandum:

a) *Jus membrorum familiae in ea conſentiendi, nec ne.*

b) *Obli-*

---

*s*) Subſcriptio neceſſaria, eaque ſimiliter vel per primores, vel deputatos linearum, maxime primogenitos, vor ſich, und in freundſchaftl. Nahmen ihrer Hrn. Brüdern und reſpective Vettern, Mandatis in eam rem ſpecialibus ab his inſtructos, vel ab omnibus aeque membris (quod ſpecialiter commendandum) expeditur. Sigilli neceſsitas moribus magis, quam juris vinculo nititur; honori ducitur, adpoſuiſſe ſigillum, quo proin niſi alia ratio obſtet, nemo fraudandus. Varia, quae huc pertinent, disquiſivit *Ludewigius* diſſ. de nexu ſcripturae cum ſubſcriptione; *Bardili* de ſubſcriptione, alii &c. Subſcribunt et ſignant ſaepe et alii, alius, quam obligationis cauſa, puta *Mediatores*, *Status provinciales &c.* Nil cum hoc commune habent: 1) die Beſchwörung der Hausverträge, 2) Garantia pactor. ejusmodi, de quibus gnaviter ill. Steck, de guarantia foeder. et pactor.

*t*) Occaſione ſucceſsionis Coburgicae quaerebatur, an ex ea ratione, quod Parens ill. juſſerat, ut inter filios ſuos pluralitati votor. locus detur, hi ipſi jure gaudeant, remota contradictione unius fratris, de ſucceſsione paciscendi? eamque litem enumerat. b. m. I. *Moſerus* alt. Staatsr. T. XVI. p. 485. ſeqq. contra tamen hoc pactum finaliter decrevit Conſil. Imp. Aul.

b) *Obligatio ex hoc conſenſu pro ſe, et heredibus ſuis reſultans u).*

c) *Jus poſterorum in genere, ab his pactis, exigente ratione, recedendi, ea ſupplendi, immutandi, corrigendi x).*

d) *Magna interpretandi autoritas, et praeſidium, ex nuda hac pacti indole ſponte ſua profluit y).*

e) *Nec*

---

*u*) Notae ſunt ratiunculae, contra hanc theſin, quae firmamentum ejusmodi pactorum continet, a Novaturientibus nuper adhuc prolatae; at vero res in ſalvo eſt; nec me hercle, *fictione juris* illa opus eſt, ex qua exiſtimandum ſit, ipſos heredes ac ſucceſſores in infinitum conſtitutioni pactitiae interveniſſe, eamque voluntate ſua ac aſſenſione comprobaſſe. Cui bono enim contorta, in re plana argumentatio? loquitur res ipſa, nil officere, quo minus jure quilibet pro ſe et heredibus ſe obliget, quod in re domeſtica, jure ſanguinis et communionis fundata, firmiſsimum robur accipit.

*x*) An vero *a ſingulis capitibus* libere recedi queat? aeſtimandum ex indole capitis ipſius; ex relatione ad circumſtantias temporis etc. A. 1663. *Leopoldus* Imp. expreſsis verbis in confirmatione pactor. famil. Oettingenſ. agnatis reſervabat: „daß, wann ſie geſamte Grafen zu Oettingen, befreunde, und Agnaten über kurz oder lang ſich einiger Vermehr= oder Verbeſſerung zu derer Erhaltung vergleichen werden, ihnen ſolches frey ſtehen, und zugelaſſen ſeyn ſolle.„ Recte autem de hac clauſula judicat Moſer. famil. Staatsr. T, II. pg. 1067. „Es iſt aber eben ſowohl eine überflüßige „Clauſul, als, wenn in den Verträgen ſelbſt denen Nachkommen dergleichen „reſerviret wird; dann wie die Paciſcenten nicht hindern können, daß ſich „nicht die Zeiten, Leute, und Umſtände änderten, ſo können ſie ja ohne Abſurdität nicht verlangen, daß es dennoch immer bey ihrer Diſpoſition verbleiben ſolle; dahero die Clauſuln: daß es ein ewiges Pactum ſeyn „ſolle und dgl., nothwendig auf dieſe der Vernunft und der Natur der Sache gemäße Weiſe, erklärt werden müſſen.„ — *Iung. l. B.* de Cramer, Obſerv. T. V. Obſ. 1390.

*y*) Quod indicat de Ludolf, tr. de jure primog. p. 74. verb. „*Si permiſſum eſt pacta facere, ſi ex conſenſu naſcitur obligatio, volunt etiam jura, ut interpretatio ex intentione paciſcentium veroſimili fiat. Sed ſi de mente contrahentium conſtare nequeat, nihil vetat, ut in interpretando ad normam juris communis, non quidem romani, ſed patrii, quo familiae illuſtres utuntur; recurramus.* „

e) *Nec minus ſubjiciuntur etiam ex hac parte pacta domus illuſt. et nobb. multifariam plenitudini poteſtatis Caeſ. partim ſupplendo* z) *partim interpretando, partim caſſando, partim confirmando in exercitium deductae*, e. i. p. *a*).

§. 4.

### b) *Materialia pactor. gentil. ex autonomia fam. privata illuſtr. et nob. germ. commenſuranda ſunt.*

α) *Notio hujus autonomiae.*

Ex hac forma pactor. gentil. (§. 2. 3.) prior aetas Ictorum, omnem fere ambitum eorundem pragmaticum emenſa eſt; infelici ſane conamine, ſi perplexas, maximisque difficultatibus obnoxias quaeſtiones politicas aeque ac juridicas, quae hodienum circa ea ſaepius volvuntur, ſpectes, utpote quae fontem vel aptae deciſionis, vel illuſtrationis inde fruſtra requirunt. Merita igitur, et velut ex decreto, juris et hiſtoriae germ. cultoribus ſaeculi noſtri laus debetur, quod ii fontes multo adcuratiores rimati, adlato ſanae philoſophiae, hiſtoriae, antiquitatum, et juris patrii ſtudio, non priſtina tantum avitae Nobilitatis germanae jura pulveri et ſqualori ſubtraxerint, ſed et omnia, quae ad eorundem originem, explanationem, conſonantiam et intellectum pertinere quovis modo poſſunt, in manifeſtam lucem reſtituerint. His inquam

---

z) De quo prae reliquis agit. Breyer, diſſ. de poteſtate auguſtiſsimi ſuppletoria.

a) Plenitudo poteſtatis Caeſar. exſerit ſeſe circa pacta gentil. familiar. illuſtr. duplici potiſsimum modo. a) *Eorum confirmatione.* b) *Caſſatione.* Exempla, et terminos utriusque juris congeſsit Biener, Beſtimm. der Kaiſerl. Machtvollkommenheit in der deutſchen Reichsregierung. Th. III. Abſchn. III. §. 114.

quam ſtudiis reſtituta etiam ſedes, elucubrata fundamenta, et felicior doctrina pactorum familiae debentur, quam quidem paucis hic circumſcribere aggredior *b*).

Fundamentum pactorum gentil. ſin eorum *materialia* ſive *capita* ſpectes, *autonomia familiarum illuſtr. et nob. germ.* conſtituit; quo quidem vocabulo, grammatico ſenſu *praerogativam Nobilitatis germanae, de rebus privatis, ad familiam ſpectantibus, tam de perſonis, quam bonis, leges privatas, publice tamen valituras, condendi intelligimus c*). Specifice autem haec ipſa Autonomia

---

*b*) Non praetermittenda hic ſilentio merita Ludolfi, Moſeri, Pütteri, Reinhardi, aliorumque, qui deductionibus ſpeciatim cauſarum illuſtr. ex monumentis, actis publicis fide chartarum, ſcriptorum etc. plurima eaque egregia nobilium jura, obſoleta fere, litterariae luci, et ſplendori reſtituerunt.

*c*) Quid interſit inter *libertatem* et *autonomiam*, probe et acute expoſuit ὁ πάνυ Majerus Tr. Autonomie St. II. S. 238. quando inquit: „dann „meinem geringen Ermeſſen nach a) muß doch zwiſchen der Freyheit „ſelbſt, und der Autonomie ein Unterſchied gemacht werden. b) „Freyheit beſteht in der Unabhängigkeit von des andern Gewalt, und „Geſezen, oder wenigſtens ſo beſtimmt zu ſprechen, als eine Rechtstheorie „erfodert, — c) in dem Rechte, ſeine Geſchaften nach ſeiner Willkühr „und Gutdünken (aber nicht: nach ſelbſt erwählten Richtſchnuren,) „einzurichten. Denn für ſich, folgt man ſeinem Gutdünken, wenn „man frey iſt; und wenn man Autonomie hat, ſo macht man nach „Gutdünken für andere, Vorſchriften und Geſeze, und beſtimmt „damit für dieſe, Rechte, und Verbindlichkeiten ꝛc."

Convenienter hiſce Autonomiam deſcripſit ill. Pütterus, Litterat. des Deutſch. Staatsr. Th. 1. §. 16. n. 9. S. 40.: „ein jeder freyer „Menſch, und ſo auch eine jede freye Geſellſchaft, (hatte) deſto unum„ſchränktere Freyheit, in Familien oder andern einheimiſchen Geſchäften, „Einrichtungen und Verfügungen nach freyeſter Will„kühr zu machen, und alſo zu beſtimmen, was darinnen für „Rechte und Verbindlichkeiten eintreten, oder nach „welchen Rechten ſolche Dinge beſtimmt werden ſollten; „wie ſolches mit dem einigen Wort der Autonomie ausgedrückt wird. — „Confuſas vero libertatis, et Autonomiae notiones dedere veteres, „qui

nomia nobilium *politice* ſpectata, continet a) *perfectam exemtionem ſive abſolutionem a legibus, quibus paſſim legislatores territoriales rem familiarem privatorum determinare ſolent*, *eamque conjunctam*, b) *irreſtricto juri, ſibimet aliisque de familia, remota quavis alienae poteſtatis ſpecie, pro arbitrio, exigentia, et utilitate familiae, leges ferendi.* Quemadmodum igitur haec privatae legislationis ratio propria ſua autoritate conſtat, et *legislationis publicae fere aemula* exiſtit, ita et haec ipſa conſtanti atque uniformi germaniae praxi hucusque agnita, nusquam hodienum contradicta, nullius facile coarctationis quoad jus ipſum compos, magnum illud Nobilitatis a caeteris ordinibus perſonarum germaniae diſcrimen ſtabilivit, quod illa in rebus ſuis domeſticis principem, abſolutum nomothetam etc. agat; cum econtra reliquis germaniae perſonis in his etiam rebus ad normas publice ab imperante praeſcriptas, curas ſuas et negotia domeſtica componendi neceſſitas detur *d*). Hujus quidem autonomiae fundamentalem doctrinam

---

„ qui de Autonomia in rebus politicis ſcripſere, fere omnes; ita enim „ v. c. Auctor *Tr. de Autonomia*, (Monach. 1593. 4.) loco ap. „ Majer pag. 239. recitato, inquit: „Das Wort Freyſtellung „ iſt ein newes, vnſern gottſeeligen Vorfordern vnbekandt Wort, welches „ in lateiniſcher Sprache kein beſonder eigentlich Wort, bey den Graecis aber „ ganz wol vnd fueglich αὐτονομια genennt wird, vnd eigentlich, in vnnſer „ Materi davon zu reden, anders nichts iſt, als eine freye Willkür „ vnd Macht ſeines Selbſtgefallens zu leben, vnd zu „ handeln, wie ſolches denn dieſes griechiſchen Wortleins Art vnd Aigen- „ ſchaft mitbringt, dann es zuſammengeſezt iſt, ex αὐτος vnnd νομος, quaſi „ lex ipſimet ſibi. Daher auch die Griechen ein Statt, welche niemand „ vnderworffen, und ihr aigen Geſez vnd Regiment hat, oder ein Menſchen, „ der kein regierenden Hern hat, αὐτονομον oder αὐτονομουμενον nennen, nit „ anders als die Deutſchen in Sprichwort, wenn einer ſeines Kopfs iſt, vnd „ vf niemand nichts geben will, zu ſagen pflegen: Er iſt für ſich ſelbſt, „ wie ein kleines Reichsſtättlin."

*d*) Autonomiae jura ſcriptis pauci complexi ſunt; *Autonomiae religioſae* ideam ſtylo et cultu aevo pari dedit laud. *Autor* Tr. *de Autonomia. Juris gentium Autonomiam* ſive diſcrimen civitatis mediatae et immediatae, liberae et non liberae, multo ingenii acumine atque eruditione

nam, notionem, propria principia ambitum et finem ex jure gentium, et publico univerſali praeclare, et magno acumine determinavit vir ill. Majerus *e*), qui inde in evolvendis ejus principiis generalibus liberale nobis otium fecit; delibabimus igitur ex his potiora duntaxat capita, in unum veluti punctum contracta.

Recte omnino *fundamentum omnis autonomiae privatae* ponitur *in libertate privata civili*, quatenus *ſubjectioni civili* opponitur; eſtque privata illa *libertas civilis* nil aliud, *niſi libertas hominum naturalis*, *ab imperante vel republ. ſpeciatim in rebus eo ſpectantibus non reſtricta f*). Obtinet illa 1) inter patres familias, 2) inter communitates, tribus, et ſodalitia, 3) inter respubl. integras, earumque principes, variis tamen modificationibus locum hic habentibus. Ill. Majerus *g*) duplex principium ſyſtematis autonomici privati in genere efformare videtur, *α*) *imperium privatum* (die Privatherrſchaft) quatenus in libertate a ſubjectione civili

---

tione adumbravit H. de Cocceji. Francof. ad viadr. 1720. 8. *privatam Autonomiam* binis Diſſert. expoſuit P. Gallade Heidelb. 1769. 4. L. B. de Pleſſen de libertate german. etc. Recentioribus accenſendi ill. Majerus, c. l. Pütter Beytr. z. d. Staats- und Fürſtenr. Th. II. St. 31. et 34. Bienerus, lib. Beſtimmung der Kaiſ. Machtvollkommenheit in der deutſchen Reichsregg. Th. III. Abſchn. III. K. II. S. 275. fgg. Fiſcher, Lehrbegrif ſämtl. Kameral- und Polizeyrechte. T. I. §. 818. ſeqq. etc.

*e*) Cit. loc. K. III. p. t.

*f*) Recte obſervante Koehlero Jur. ſocial. ſp. V. §. 772. coll. cum §. 776.

g) Cit. loc. K. III. Hauptſt. II. §. 59. fgg. quin utrumque definitioni ſubjicit St. I. §. 23. in fin. quando inquit: „(Autonomie) iſt ſolchem-
„ nach die Befugniß, andern verbindliche Vorſchriften ihrer
„ freyen Handlungen eigenmächtig und nach ſeinem Willen zu
„ ertheilen, und hat übrigens zum Principium nicht nur Oberherrſchaft,
„ ſondern auch das Eigenthum."

civili ſuperiori in cauſis privatis conſiſtit. β) *Dominium privatum* (das Privateigenthum). At enim, licet ſubtilem ſenſum analyticum facile in his rebus, huicque ſuperſtructum diſcrimen reatenus fundamento haud carere concedam, attamen practico, qui hic praevalere debet, ſenſu, utrumque confunditur, et principii loco hodie ponendum, *legislationem fam. privatam, ſuper Dominiis et bonis privatis etiam eo ipſo ſatis intelligi, quod in rebus domeſticis privatis nexus omnis ſubjectionis civilis ceſſet*; reſtituta enim libertate privata civili, ab *imperio civili*, ponitur, (hodie ſaltim, et practice quidem) *jus ſibimet, et aliis de familia leges ferendi*, et 2) *iisdem ſimul Dominia privata determinandi.* Quanquam enim jure nat. abſoluto autonomia, quae competit vi imperii privati, haud ſufficiat, ut quis de proprietate ſua poſt mortem ſuam diſponat, quae tamen ſufficientia vi ſupremi imperii reipubl. ſtabiliri poteſt; — in ſtatu tamen noſtro adventitio poſitivo, ex recepta ſemel hypotheſi contraria, ad inanes haec omnia ſpeculationes, et analyſes practice otioſas referenda ſunt; unde his immorari, tempus et operam perdidiſſe cenſendum.

## §. 5.

### β) *Origines et fata.*

Fundamentum et Origines *generales* et *dogmaticae* hujus Autonomiae, diſcernenda ab originibus et ejus viciſsitudinibus *ſpecialibus s. hiſtoricis*. Adjuvat tamen, et confortat hiſtoria illius, origines ipſius *generales*. Facilis, ſincera, et genuina eſt prima origo; quaerenda eſt enim illa in decantato illo antiquo Nobilium jure ſuprematus, quod Exemplo omnium patrumfam. olim habuere, et cujus effectus poſtea etiam, cum coirent in rempubl. unam, conſervarunt *h)*. Eſt hoc *jus ſuprematus* priſtina illa libertas, die alte

---

h) Paucis praeclare rem expoſuit Bünemannus, med. de antiquae german. ſtat. legali, (in adp. I. H. Klugkiſt diff. de veris duellorum limitibus,) §. 3. quando inquit: „ *iſti* (duces) *omnes usque ad Caeſarum tempora nihil poteſtatis, niſi domeſticam in ſuos, et imperium* „ *bello*

alte deutſche Freyheit, ab exteris et patriis ſcriptoribus, tot encomiis celebrata *i*). Cujus ideam, veritati parem, lectu dignam feſtiviori habitu dedere Hermanſſon *k*), Peringſchiöld *l*), Roſen-

---

„ *bello habebant.* Nullam *vero aliis jus dicendi poteſtatem. Omnes quippe aequales erant, uti diximus. Lites vel privatim in unaquaque familia, maxime per Seniores* auf den Familientägen *decidebantur, ſeu potius componebantur; publice vero in Comitiis univerſae gentis*, denen Landtägen, *ubi maxime agebatur de momentoſis negotiis, vel bellicis, vel etiam aliis, gentem familiasque ejus concernentibus. Quilibet paterfamilias uti medicus &c. ita et priore genere lites dirimendi judex ordinarius erat; hoc deficiente familiarum ſeniores, ſine quorum Conſilio, ſuaſuque nihil peragebatur. Quod ſi vero aliqua eſſent, quae adeo litigioſa, ut verbis, transactionibusque componi non poſſent, vel dubia, vel litigantes obſtinato animo, itum eſt a litigantibus ad privata bella, a verbis ad verbera*, ſie kriegten ſich bey die Köpfe, und ſchlugen ſich drum. — *Competebat quidem unicuique patriſamilias jus belli, maxime libertatis comes &c.* et §. 4. *Deinde etiam illud eſt notatu memoriaque dignum admodum, quod adeo germani olim proclives fuerint ad jus pactitium conſtituendum, quorſum e. g. pacta familiarum*, die Familienverträge, darinnen ſie verabredet, und beſchloſſen, was ſie wollen beobachten. *Qua juris ſpecie maxime uſi, quum germaniae jurisprudentia inciperet romanizare, ut ita loquar, quod multum ante illud tempus factum, quod vulgus notare ſolet, cum mihi ex teſtatiſſimis argumentis conſtet, jam olim chriſti tempore, romanum germanis innotuiſſe jus, atque admixtum illud eſſe juri germanico. Sic enim pronuntiabant caſus*, ſie vorurtheilten es, *ne, cum emergerent, judicarentur ex romano, ipſis exitioſo jure, libertati adverſo, ſervili, etc.* „

*i*) Cum fructu legenda *ej.* Bünemanni opuſc. *de ſatis, uſuque legum in germania.* Ejus Comment. I. II. *de ill.* gente Borkia *etc.* Mirandum, exteros in danda genuina Libertatis germ. indole, noſtratibus ipſis praevaluiſſe, ceu demonſtrat Grotii elegans liber: *de antiquitate reipubl. Batavae.* Debuiſſent omnino hoc lumine illuſtrari, quae inſulſa farragine contulit L. B. de Pleſſen, opuſc. *de libertate german.*

*k*) Tr. de Herſeris Nordska Herdiskra. Cui jung. Loccenii Antiqq. Sueo — Goth. L. I. c. 2.

*l*) Diſſ. de dignitate Comit.

ſenadler *m*). Caeterique exteri, quam novaculi et recentiſsimi quidam germani, multis fucis veritati illudentes. In veſtigiis rei germanorum antiquiſsimae, ſedes deprehenditur. Antiquae germaniae ſtatum legalem qui noverit *n*), minime negabit, germanos olim *per ſegreges familias in ſtatu aequali* vixiſſe, i. e. nullos ſuperiores habuiſſe, niſi quod aliquos debuerint ex gente ſua, vel ob generationem, vel aetatem conjunctionemque reverenter habere. Ex effectibus admodum inſignibus nobilium primaevae germanor: aetatis id demonſtratum dedit A. R. E. Bünemannus *o*). Quid, quod veriſsimum, quod recens juris germ. ſcrutator acutiſsimus obſervat, Fr. Chr. Jon. Fiſcher *p*). „Die ganze Freygebohren„ſchaft war ehmals in ihren Familien-Angelegenheiten keiner „Staatsgeſetzgebung nothwendig unterworffen, ſondern konnte hier„über ſelbſt Geſetze machen, und Verträge ſchließen. Es geſchahe „daher, daß jedes Geſchlecht ſeine eigenen Hausgeſetze in Teſtamen„ten, Statuten, Theilbriefen, Lehnbriefen, Kontracten ꝛc. beſaß.„ In quo obſervando ſtrictum atque ſagacem habuit praecurſorem Io. P. Banniza *q*).

Omnium

*m*) Diſſ. de dignitate comitivae. Alia de his dedit I. D. Schoepflin, Alſat. ill. T. I. p. 240. Siehe Schmidt, Geſchicht. der Deutſch. Th. I. aliosque.

*n*) Dederunt eum plures, Ludewigius ſpeciatim, dedit Hertius, Notit. regni franc. vet. Satiſticen veterem ab Hertio caeptam magnifice exſtruxere galli, *comites de Bulainvilliers de Buat, St. Evremond, P. Daniel.* Et quis recentiorum gallorum et germanorum operas in hoc argumento praeſtitas omnes enumeret?

*o*) Medit. *de Nobilium germaniae antiquae jure ſuprematus*, von der *Souverainite* der alten deutſchen Edelleuthe, (*in adp. III. ad eund.* Klugkiſt *c. l.*)

*p*) Lehrbegr. ſämtl. Polizey- und Cameralrechte, B. I. §. 818.

*q*) Diſſ. de pactor. ſucceſſorior. praecipue famil. illuſtr. conſtanti in germ. valore. Wirzb. 1748.

Omnium ſcil. *ingenuorum* haec praerogativa Communis fuerat, quod ea in rebus domeſticis abſoluta, nulli Imperio ſubjecta libertate gauderet, idque ea propter, quod respubl. nullatenus curam conſervationis familiarum ſpecialium gereret, ſed cuilibet in his rebus propriam ſollicitudinem relinqueret. Conſtitutio reipubl. germ. ejus aevi, parum praeſidii et tuitionis a potentiorum libidine ſingulis familiis praeſtare poterat; *inopia* haec *tuitionis publ.* juncta *defectui ſupremae inſpectionis in Conſervationem ſingulorum reipubl. membrorum* ſtrictius coadunavit familias, effecitque, ut ſuimet ipſarum conſervationis curam neceſſario ſibi ſumendam acciperent; cui ſtudio duplici medio ſuccurrebant. a) *Unione jurium et praediorum domeſt.* b) *Autonomia familiari.* Unde prono fluit alveo, totum Condominii familiaris (Geſchlechts, und geſammt Eigenthum der Familien) et Conſervationis propriae ſibimet relictae ambitum, Autonomiam antiquam conſtituiſſe, ejusque fontes primarios *in antiquo libero regimine dynaſtico*, ut vocant, eſſe exquirendos *r*).

Succe-

---

*r*) Adpoſite omnino cel. Bienerus c. l. §. 119. ,, Um die Erhaltung des
,, Geſchlechts, und der Familie zu erreichen, welches ohne Vermögen, und bey
,, unſern Vorfahren ohne einen beſtimmten Strich Ländereyen nicht geſchehen
,, konnte, behielt man noch aus dem freyen Deutſchland das Geſchlechts- und
,, Geſammt-Eigenthum bei. Der Urſprung dieſes Eigenthums, welches von ſo
,, großem Einfluß in den deutſchen Staaten geworden, muß allerdings in der
,, alten freyen dynaſtiſchen Regierung einzelner deut-
,, ſchen Stämmen geſucht werden. ,, et poſtea: ,, ſo entſtand das Ge-
,, ſchlechts-Eigenthum, und wurde der Grund gegenſeitiger Erbfolge. Dieſe
,, Familienverbindungen blieben in allen Staaten der Deutſchen; die deutſchen
,, Könige hatten ſelbſt ihre Stammgüter, und Allodien, das regierende Haus
,, hatte ſein Geſchlechts-Eigenthum, und ſo ließ man gerne dem Adel eben
,, dieſe Rechte, ja überhaupt wuſte man es nicht anderſt. Die Familien wa-
,, ren gewohnt, ſich immer wie im Stande der Natur zuſammenzuhalten, und
,, ihr Eigenthum gemeinſchaftlich zu beſchützen, und zu vertheidigen; obgleich
,, die fremden Rechte in Deutſchland aufgenommen, und zum Nachtheil der
,, deutſchen Häuſer öfters ſind angewendet worden, ſo haben ſie doch hier kei-
,, nen Einfluß gehabt; das Geſchlechts-Eigenthum war zu ſehr mit der Fami-
,, lie verbunden, und die deutſchen adelichen Häuſer zu ſehr auf ihre Erhaltung
,, bedacht, als daß ſie hätten ſollen von ihren Familienrechten abgehen; daher
,, hat hier das urſprünglich deutſche Recht noch ſeinen Schutz
,, und Erhaltung gefunden. Nachdem die Familien anfiengen, ſich
,, gleich-

Succedit huic Viſioni generali dogmaticae, 2) *hiſtorica illa, omnis aevi germ. quae Epochas et criſin conſervationis hujus Autonomiae* exhibet. Pari ſcil. germana nobilitas ſorte *cum germaniae regibus, et omnibus cujuscunque ordinis ingenuis* uſa eſt, donec illapſis in rempubl. germ. juribus peregrinis, priſtina ſacrorum familiarium Autonomia turbaretur. Exemplo caeteris ingenuis ordinibus in republ. noſtra ſemper praeivit, in jurium pene omnium publ. et privatorum capitibus, *Rex ipſe*, imitabantur caeteri, ſine discrimine omnes, ingenuae civitates, communitates, ingenui ſinguli. Regibus ſua latifundia familiaria, ſacra domeſtica erant, habitus privatus. Zelotypiam nobilium voces, aut jura bene fundata, nil refert; putem tamen poſterius. Facile de facto communicata nobilibus et ingenuis omnibus, et abdicata veluti haec cura, eo quod ad ſtatum publ. germ. nil referret.

At vero ſtragem hujus libertatis ingentem perpeſſus eſt, 1) *ordo ingenuorum non nobilium*, Saeculo praeſertim XII. et XIII. cum receptis jurium peregrin. ſacrariis tota etiam legislatio in privatis familiarum capitibus adſumeretur, et repente in fora, a foris in aulas, et regimina principum prorepere. Ex quo enim idfactum eſt, duplex, eaque ardua admodum concluſio politica evaluit, *a*) peſſumdato omni libertatis familiaris privatae inter ingenuos principio, eosdem non in *publicis* duntaxat, ſed et *privatis, domeſticis cauſis* legislationis territ. normam ſubiiſſe. Conſtat enim, ad amuſsin juris recepti omnem poſtea in privatis legislationem

---

„ gleichſam in ſich ſelbſt auszubilden, mehrere Häuſer, und Zweige zu pflanzen, und überhaupt unter ſich Einrichtungen zu machen, ſo kamen ganz natürlich durch Ausübung der Familienrechte, die Familienverträge in Gang, und Gebrauch. Die Familienverträge ſind alſo ſolche Verträge, wodurch gemeinſchaftliche Familienrechte und Eigenthum, in den Geſchlechtern der Deutſchen eine gewiſſe Einrichtung und Beſtimmung erhalten. Das ganze Recht begreift man unter dem Worte: Autonomie der Familien, und der Ausdruck iſt ganz der Sache angepaßet. Der Grund dieſes Rechtes liegt in der Freiheit der Dynaſten über ihr Eigenthum, und in der nach dem Bau deutſcher Staaten ihnen ſelbſt überlaſſenen Erhaltung ꝛc. „

nem principum territorialem fuiſſe compoſitam. En tibi funeſtam jurium ſtragem, civibus et ruſticis, quorum ordo ingenuos plurimos aluerat, his temporibus in cauſis familiar. cauſatam! β) Nobilibus ipſis, qui hactenus diſtinctum a caeteris ingenuis ordinem jam efformaverant, his temporibus omni conatu adlaborandum fuiſſe, quo politicam hanc telam ſibi quoque imminentem ſubterfugerent; in quo potiſsimum ratio exiſtere intelligitur, cur illi redactis in ſcripturam moribus et conſuetudinibus, diſtincta ſibi ac propria jura famil. in tuto collocarent, partim ſcil. ut ne haec ipſa jura tractu temporis obſoleſcerent, partim ut eadem peregrinis juribus, Autonomiae contrariis non involverentur, ipſique nobiles in praedam fundati ſuper his juribus ſuprematus territorialis in juribus familiaribus abducerentur. 2) Inter ipſos vero etiam nobiles Autonomia haec ſequiori aevo, ſpeciatim XVI. ancipitem, ac diverſam nacta eſt fortunam. Cuſtodierunt eam ſuperioris Nobilitatis ordines illaeſam ſartamque; cum econtra inferioris ordinis nobiles, magna ex parte landſaſsii facti, funeſta immedietatis ſuae ruina conſepulti, ſuprematui territ. ne in hac quidem parte, ex integro reſiſtere potuerint, fatoque concedentes ſuſtinere debuerint, ut haec ipſa eorum domeſtica libertas propius per LL. territ. ad habitum publicum politicum territ. adcommodaretur s). Perſentiit inter tot alia haec etiam Nobilitas Imp. immediata, in ſuev. francon. et ad tractum Rheni, unde privilegiis caeſarum, ordinationibus pagenſibus, concluſis conventuum et directorialibus ſtrenue ſemper juribus provincialibus, conſuetudinibus territor. etc. obviam proceſsit, conſtanter profitendo, nullum his placitis in rebus ſuis obſequium ſe praeſtituram t).

Ex

s) Quibus modis ſenſim id in plurimis germ. territoriis effectum fuerit, fuſius infra enumerabitur. Fallunt profecto, et falluntur, qui neceſſitatem Intabulationis, confirmationis etc. pactor. famil. LL. territor. nonnunquam juſſam, reſtrictionibus hujus Autonomiae ipſius annumerant, cum ea nonniſi *habitum publicum ejusmodi Autonomiae* reſpiciat.

t) De *libertate nobilium Imp. imm. ab obſequio, legibus, et ſtatutis provincialibus in cauſis privatis habendo*, alibi dicetur. Hoc tantum hic obſervo, eandem, quae pragmaticis LL. fundamental. ſtabilita eſt corporis

Ex quò conficitur a) diverſam omnino Autonomiae Nobilitatis germ. ex hodierno habitu eſſe figuram, et illam quidem ſuperioris ordinis nobilium illaeſam adhuc, et inconvulſam propria ſtare hactenus auctoritate, b) Autonomiam nobilium imper. immediatorum proxime cum illo habitu, quem fert ea ſuperioris nobilitatis, convenire, et in Theſi paribus ex aequo paſſibus ambulare. c) Acciſam autem eſſe multifariam in his rebus nobilium landſaſſiorum ſtatuendi poteſtatem, moxque genio principis, mox convenientiae ſtatus, et reipubl. diverſimode attemperatam *u*).

§. 6.

---

poris nobilium immed. in hoc capite libertatem pluries *per acta correſpondentiae*, (Correſpondenz-Akten) obfirmatam eſſe; unde laeſio *ſingulorum* continuo pro *gravamine corporis communi* eatenus in praxi habetur, multisque hactenus graviſsimis quaeſtionibus anſam dedit, de quibus largam theoriam, hactenus paucis cognitam, alio tempore ſubminiſtrabo. —

*u*) Rectiſsime rerum harum arbiter acutiſsimus, I. St. Pütterus, de his judicat in denen Beiträg. z. d. Staats- und Fürſtenr. Th. II. St. XXIX. S. 111. 112. „Da der größte Theil des niedern Adels in Deutſchland landſäſſig, und alſo ſowohl den Geſetzen und Gewohnheiten, als den Gerichten des Landes, worinn ein jeder landſäßig iſt, unterworfen iſt; ſo hat in dieſen und andern Dingen, der niedere Adel bei weitem nicht in ſolcher Gleichförmigkeit, wie der hohe Adel, ſolche ältere Rechte beibehalten, vielweniger neue einführen können. Der hohe Adel, hat nach der deutſchen Verfaſſung den Vorzug, daß er keine andere geſetzgebende Gewalt über ſich hat, als die von Kaiſer und Reich ausgeübt wird, und in deren Ausübung ſelbſt nichts ohne Einwilligung des hohen Adels geſchehen kann, weil eben die Kurfürſten, Fürſten und Grafen, welche dieſen hohen Adel ausmachen, zugleich als Reichsſtände, wenn neue Geſetze gemacht werden ſollen, mit zu ſprechen haben. Dieſer Vorzug hat unſern hohen Adel vielfältig in Stand geſetzt, ſeine uralthergebrachte Autonomie oder Freiheit nach eigenen Geſetzen zu leben, viel unumſchränkter zu erhalten, als es der niedere Adel thun können, dem nach der verſchiedenen Verfaſſung der Länder, wozu er gehört, bald mehr, bald weniger Schranken darinn geſetzt worden ſind. „ —

## §. 6.

### γ) *Politici ejus effectus in diſtinctione Imp. et territ. ordinum perſonarum germaniae.*

αα) *Proedria Nobilitatis Germ. prae ordine civium et ruſticor. in hoc capite.*

ββ) *Corollarium polit. et jurid.*

Exiſtit igitur in Imperio R. G. inter familias Ill. et Nobiles ſarta hactenus atque intacta *Autonomia* illa *Domeſtica privata*, licet ex habitu ejus politico ad Imperium, et provincias ejus ſpeciales diverſimode attemperata. Inſignes vero illa effectus, *politicos* ſcilicet atque ita per conſequentiam *juridicos* etiam, in diſtinctione caeterorum ordinum perſonarum germ. operatur. Proedriam ſcilicet Nobilitatis Germanae, qua non a caeteris duntaxat aliorum Europae regnorum Nobilibus toto coelo ſegregantur *u*), ſed et

*u*) Cfr. Bornius Diſſ. de jure reſtringendi libertatem natur. circa matrim. §. 8. Myler Gamol. C. II. §. 4. J. Fr. Dulſſecker Diſſ. de matrimon. perſonar. ill. in I. R. G. Qu. 4 et 7. qui idipſum argumento libertatis contrahendi matrim. Nobilitatis Germ. in relatione ad exteros, *gallos* ſpeciatim, Barones *ſiculos et Neapólitanos*, *Anglos*, pluribus probant. *Anglorum* reſtricta in rebus priv. jura plenius adumbravit Auctor *relat. de Regno Angliae* apud Editor. de *republ. Angliae* p. m. 389. Blacſtone comment. of engliſh law. T. III. p. 462. edit. rec. Gallorum, Dad. Alteſerra, Tr. de ducib. et Comit. Galliae. C. V. Danorum in his rebus ſtatuendi vinculum recenſet Kofod Ancher, farrag. LL. Dan. municip. *ſiculorum*, Auct. Tr. Hiſtoire des gouvernements, et d'Etât de Nâple (1742. 4.) — Dedit diſcrimen Ludewigii Germania princeps, dedit Scheffer, aliique.

et in cauſis familiaribus in Imperio R. G. a civium et ruſticorum juribus, et libertatibus in immenſum diſtat *x)*.

Reſtat nimirum inter *cives* etiam et *ruſticos* territoriorum Germ. aliqua etiamnum in rebus famil. Autonomia priv. ſed admodum coarctata. Diſcrimen ſi quaeras inter Autonomiam illuſtr. et nob. et illam ruſticor., et civium germ. adcommodatiſſime tibi forſan reſpondeo: *inter illuſt. et nob. Autonomiam hodienum efficere Regulam, atque ei nec quidquam deficere, niſi expreſſe detractum eſſe doceri queat.* Econtra *inter cives et ruſt. ſubjectionem polit. in cauſis etiam familiarib. hodie efficere Regulam, et praetenſam in his rebus libertatem civ. priv. exceptionis loco ita ſe habere, ut nonniſi quaeri poſſit, quidnam diſerte ex magno hoc naufragio, civium et ruſticor. ordo ſartum ſervaverit?* — Haec autem quaeſtio non ex certis LL. germ. poſitivis, ſed ex principiis generalibus duntaxat, ex politice, ex habitu vinculi legum in republ. ad libertatem ſubditorum privat. civit. determinari commode poteſt. Ut breviſſimis me expediam, *privatorum Autonomia in hoc fere unice requieſcit, quod ſalva caeteroquin generali legum, ſtatutorum, et conſuetudinum provincialium, rem domeſticam concernentium obligandi ratione, ſingulis tamen liceat, in iis rebus, quae privati, et meri quidem arbitrii, nullo plane habito ad rempub. reſpectu cenſentur, ſtatutis ejusmodi, et conſuetudinibus pacto derogare y).* Dico: *in iis rebus, quae privati,*

---

x) Nullibi ſane jurium nobilitatis, civium, ruſticorum, in his ſpeciatim cauſis, diſcrimen et ratio adcuratius determinata, quam in *Gallia* et *Suecia*, in terris vero germanicis, in *Saxonia*, *Pruſſia*, et *Sileſia*. Jucunda etiam ſunt, quae *de diverſis Imperii Roſſici ordinibus* animadvertit Pezold, de Bohemis vero Goldaſt, de Polonis Lengnich etc.

y) Canonem: Willkühr bricht gemein Recht, *juridicis* emblematibus multi, — *politicis* nemo illuſtravit. Recolendum eſt, LL. territ: privatas, alias eſſe *ſtricte obligatorias*, — alias *mere conſultatorias*, quem habitum in rebus domeſticis maxime ſuſtinent. Manum *a ſacris internis famil.* conſulto abſtinent Legislatores, quod haec ita ad ſtatum publ. nil

*privati*, *et meri arbitrii*; in iis enim cauſis, quae ſtrictam atque internam familiae rationem complectuntur, (ſtrenge, und innerliche Familienſachen) leges forenſes non tam ſtricte *praecipere* et *obligare* quam *conſulere* potius cenſentur, i. e. non *normam abſolutam*, ſed *conſilium* potius perhibent, et *formam*, qua ratione, eum, qui tuto verſari velit, agere oporteat; ut tamen arbitrii aliter in his rebus diſponendi, facultas excluſa haud intelligatur z); quae omnia tamen aliter ſeſe habent, ubi cauſis ſingulorum, licet privatis et domeſticis, rationes ſtatus (Staatsintereſſe) intermiſcentur, et eatenus *negotiis ſtricte internis famil.* accenſeri non poſſunt. Hoc pacto Materialia pactorum nuptialium, ſucceſſoriorum, tutelarium etc. *quatenus limites familiae non egrediuntur*, *nec momentum reipubl. inferunt*, merae etiamnum Autonomiae privatorum ſubjacent, nec eatenus facile legislator quispiam ſine criſi ſeſe his curis intermiſcet. Aliud de pactis, conventionibus, contractibus etc. Licet occaſione rerum famil. inter hos agitatis.

Inde quaeſtio a politicis olim, hodieque agitata decidi recto judicio poteſt: *utrum ordini plebejo, citra principis conſenſum, more nobilium fideicommittendi, jus et ordinem ſucceſſionis libere determinandi, aliaque, quibus in Majeſtatem et ſplendorem familia olim aſſurgere queat, ordinandi libera facultas competat?* — Tractat eandem cum infelici Betſio, parum limato acumine Knipſchildt

nil referunt. Laudanda Max. I. R. R. in his rebus ſententia: „*plus ultra in cauſis privatis procedendum Legislatori non eſſe.*" Videas tamen hic extra oleas verſari multos, qui formas, confirmationes etc. ita ad punctum exigunt, ut iis praetermiſſis vel negotium ipſum *nullum* eſſe *declaretur*, vel ei *auxilium judiciale*, detrahendo actionem, et judiciariam attentionem, *adimatur*. Pedantismum ſapiunt, quae proletarie ſcripſit de hoc argumento Eiſenhardt Grundſ. des Rechts der Sprichwörter. Salubriores rationes excuſſere Biener et Fiſcher, viri ill.

ſchildt *a*), ill. Comes ab Oettingen *b*), ill. Comes de Solms *c*) etc. — Reipubl. non eſſe conveniens, ut a plebejis et ignobilibus primogenia inſtituantur, contendit Molina *d*) ex ſententia Bernhardi, qui hac de re a Comite quodam de Panormo interrogatus reſpondit: *inter Nobiles meliorem eſſe filiorum quam bonorum diſperſionem, ruſticos vero facturos, ut libuerit; inter mercatores autem (cives) melius eſſe, ut bona aequaliter diſtribuantur; atque ita a regiis conſiliariis (Hiſpaniae) adhiberi ſolere ſummariam cognitionem Nobilitatis, qualitatis, et divitiarum ejus perſonae, quae majoratum inſtituere vult, ne ignobiles, infimaeque conditionis viri ad hujusmodi primogenia inſtituenda admittantur.* — Pſeudo politico argumento utuntur alii, quaſi ita coacervatis opibus et aucta potentia, formidoloſus principibus evadat ordo civium et plebejorum, e. i. p.

Naeniae! — Utrique ordini *ob defectum Autonomiae* in his rebus, *quae adnexas ſimul rationes reipubl. habent*, quales ſunt enarratae, dictam facultatem perperam tribui, recte adſtruitur. Indiviſibilis nimirum eſt ratio autonomiae, cum ratione ſplendoris fam. quem familias nob. et illuſt. geſtare, publice privatimque intereſt; ceſſat poſterior ratio in plebejis potiſſimum, niſi probare Hiſpani ſutoris egeni exemplum malis, qui referente *Euphor-*

z) Locus hic eſt, quem illuſtrare ſymbolis frugacioribus, quam praeſtitit, potuiſſet Chr. Ludw. Pfeiffer, Abh. die deutſche Freyheit nach ihren Staatsrechtlichen Verhåltnißen, und polit. Produkten im deutſch. Reiche. 1787. 8. Melius rem dixit Rave Diſſ. de forma negotiis jurid. praeſcripta etc.

a) Tr. de fideicomm. famil. nobl. von Stammgůtern. Plur. loc. ſpeciatim C. III. n. 32. ſeqq. C. IV. n. 23. etc.

b) Diatr. de fideicommiſſis C. III. §. 9. add. Ded. ſeynenſis pag. 57. ſeqq.

c) Tr. de Majoratu §. 14.

d) Tr. de Hiſpan. primogen. L. 1. C. 18. n. 9. D. H. Kemmerich progr. de Inſtitutis. Germanor. ad conſervationem ſplendoris familiar. ſpectant. et Eiſenhardt, or. de meritis Nobilitatis Teuton. circa jur. patrii conſervat. (in ej. opuſc.) plus valent perſpicaci, quam Strekeri et Lynkeri de hoc argumento labores.

*Euphormio e)*, cum jam fata inſtarent, filiusque rogaſſet, ecquid ſibi deceſſurus praeceptorum relinqueret? jam defecta voce, *ut meminerit, in Majeſtatem aſſurgere familiam ſuam*, reſpondiſſe fertur *f)*.

### §. 7.

### *δ) Ambitus hujus Autonomiae. — Imperantium, circa eam poteſtas, in genere.*

Hoc pacto efformata familiarum illuſtr. et nob. Germ. Autonomia, individuam quandam earundem *pertinentiam* et *praerogativam* exhibet, ſuper patrimonio familiae, in ejus emolumentum ſanctiones, determinationesque in hunc modum condendi, ut poſteris voluntati familiae, ceu legi obliganti ſeſe ſubjiciendi neceſſitas detur. Tribuitur hoc jus familiae illuſtr. et nob. tanquam *perſona moralis* in republ. conſideratae; quin ipſa illa hoc reſpectu *rempub. quandam minorem*, et *totum* quoddam *politicum* repraeſentat. Unde conficitur, Autonomiam illuſtrium et nob. domeſti-

*e)* Satyr. Icon anim. p. 144.

*f)* Breviter rem ita concipe: Civium et ruſticorum ordini abſolute quidem Autonomia fam. negari nequit, gaudentque ii, in theſi, *aequo jure*, in conſervationem familiae fideicommiſſa, primogenituras, aliaque ordinandi; at vero, quoniam reipubl. nil intereſt, conſervari ejusmodi familias, fideicommiſſa ejusmodi civica deſtituuntur *protectione illa, et attentione ſpeciali reipubl.* qua fruuntur fideicommiſſa illuſt. et nobl. — Exſerit ſeſe hoc momentum occaſione *tutelae judiciariae*, obortis enim ſuper ejusmodi civica et pagenſia fideicommiſſa forte contentionibus, juxta ea, in favorem illorum haud pronuntiatur, ſed communis ſuccedendi ratio praevalere jubetur. En tibi ſimul confirmationem ſuperioris obſervationis noſtrae, Autonomiam fam. et in illo potiſſimum puncto conquieſcere, quod a) aliis, et poſteris lex pragmat. fundamentalis praeſcribi queat, eaque lex b) pro norma inviolabili ab omnibus poſteris cuſtodiri, quin et c) a judiciis reipubl. juxta eandem pronuntiari, exemplo LL. territor. debeat. Sunt hoc pacto judicia reipubl. *vindices et cuſtodes Autonomiae fam. nobilium*; et illorum, quae vi illius inſtituuntur; — non autem civium et ruſticorum.

domeſticam comprehendere, non ſolum 1) *jus ſibimet praciſcendi, ſed et* 2) *poſteris in vim legis perfectae, obligatoriae, pacta ejusmodi praeſcribendi etc. g)*

Exercenda autem eſt cum conſenſu omnium, qui in vivis ſuperſunt, familiae conſortium, atque hoc ipſo demum pacta ejusmodi, vi Autonomiae condita, in *legem pragmat. fundamentalem, atque obligantem familiae* tranſeunt. Ex quo ſimul eluceſcit, vim atque robur ſuum hanc Autonomiam, *inter membra familiae*, duntaxat habere, neutiquam vero *poſteros* obligari pacto familiae, quo tertio cuidam jus in bonis familiae tribuitur, adeoque pactum in emolumentum cujusdam, qui ad familiam proprie non ſpectat, non trahitur. Reſpicit Autonomia fam. conſervationem, ſplendorem, et majeſtatem domus ill. eoque duntaxat reſpectu familia legislationem inter ſemet exercet. Cujus conſequens eſt, quod intuitu *extraneorum* omnia et ſingula intra fines pactorum communium ſubſiſtant, ſive ſubſiſtere ſaltem judicanda ſint.

Subſunt poſteri familiae, voluntati praedeceſſorum, intuitu diſpoſitionum, in emolumentum familiae conditarum. Atenim, quoniam ſimul legislatione domeſtica fruuntur, aeque liberum ipſis eſt, ad normam ejusdem juris, vetuſtas majorum ſanctiones, novas ſubrogando abolendi, immutandi, concluſa fam. caſſandi, conſenſu tamen conſortium fam. et hic etiam intercedente.

Emnen-

---

g) Praeclare Bienerus l. c. p. 278. „Die Autonomie der Familie iſt „alſo nicht blos ein Recht, Verträge unter ſich über das Eigenthum, und „andere Einrichtungen zu ſchließen, ſondern ſie ſchließet auch das „Recht in ſich, der Nachkommenſchaft zu befehlen, und „aufzulegen, daß ſie ſich dieſer Einrichtung unterwerfen „ſoll und muß; es iſt folglich eine Art von Geſezgebung in dem „Geſchlechte, nach welcher die lebenden Geſchlechts Eigenthümer ihrer Nachkommenſchaft Verordnungen in Familienſachen zu geben befugt ſind; und „eben dieſes iſt der große Vorzug der Autonomie deutſcher „Häuſer.“

Eminentes interim ſunt *parteſ* etiam *Imperantium circa ejuſmodi Autonomiam*, et ejus producta, *pacta fam.* quas nunc *caſſando*, nunc *confirmando*, nunc *vetando*, nunc *tuendo*, nunc *propius determinando* exercere ſolent. *Caſſant* ea, quae nocivam reipubl. ſequelam exhibent, quae juribus ſuis, quae juribus ſingulorum de familia, juribus tertii cujuscunque adverſa eſſe probantur, ad inſtantiam, vel ex officio. *Confirmant*, quae his juribus conſona, ſupplentque defectus. Utrumque vi plenitudinis poteſtatis *h*). *Vetant*, ne in perniciem reipubl. ejusque perſonarum et bonorum, domeſtica haec familiarum nobl. legislatio exerceatur *i*); *tuentur* Autonomiam contra internos membrorum, aliorumque externos inſultus, huicque auxilium *judicando*, atque *exequendo* ferunt. *Determinant* denique, atque propius ſaluti reipubl. *adcommodant* proviſiones illas domeſticas, ne machinationibus, et ſubdolis laqueis in ruinam pertrahantur caeteri, ordines perſonarum reipubl. — ne potior pars ſubſtantiae civicae, in manus quaſi mortuas deferatur, e. i. p. Suprema hic tantum capita tangimus, elucubrationi ſequenti rem reſervantes.

§. 8.

---

*h*) Cfr Breyer Diſſ. de Poteſtate auguſtiſſimi ſuppletoria §. 5.

*i*) Neutiquam vero defendi poteſt Imperantis *arbitrium* Autonomiam privatam illuſtr. et nobl. penitus extinguendi, adeoque ſublato veluti ex plenitudine poteſtatis valore pactorum familiae, iis, quae iis conformiter ordinari ſolent in conſervationem et ſplendorem famil., derogandi, ea ſimpliciter caſſandi, prohibendi, abolendi, ſed iis omnibus ſalvis, *abuſus* eorum duntaxat *coërcendi*, ſalubriter et compagi reipubl. conformiter *ea dirigendi* etc. Unde adparet, quid de conſilio nuper alibi capto, Nobilitati funditus exitioſo habendum, fideicommiſſa familiarum nobl. ſanctiones primogeniturae, majoratus etc. ex integro extinguendi; ſunt ſane principis circa *noviter erigenda* fideicommiſſa, primogenituras etc. Nobilium ſuorum, jura omnino eminentia; non tamen adeo ſui valitura momento, ut baſin eorum omnem, ſcil. Autonomiam, aut quae diu jam familiis inſerviere, fideicommiſſa funditus eradicet, proſternat, Nobilesque eo ipſo in civium et plebejorum ſortem abjiciat et detrudat. — Cfr. J. A. O. Gehler Diſſ. de inaequalitate matrimonii illuſtris cum virgine inferioris nobilitatis dijudicanda. — C. I. §. 2. J. Fr. Brandis, über das Ritterſchaftl. Staatsr. u. deſſen Quellen. Gött. 1788. S. 15. 16. 17.

## §. 8.

### e) Ejuſdem fines. —

*Pacta familiarum ill. et nobb.* igitur et *obſervantia earundem*, ambitum omnem Autonomiae familiaris conſtituunt, idemque juris in poſteriore, quod in prioribus. *Obſervantiae familiaris virtus* potior in eo conſiſtit, quod multa, quae pactis fam. expreſſa non ſunt, ſuppleat, dubia pacta interpretetur, damnoſa, vetuſtate inutilia corrigat, aliis robur exercitii, vitamque tribuat. Sororio itaque vinculo conjuncta pactis fam. obſervantia, totum revera legislationis gentilitiae campum emetitur, modulo admodum frugaci, ſed critico, nec citra juſtos fines ſibi poſitos in manus adſumendo.

Intentio ſc. pactorum fam. eſt, ut ſanctioni perpetuae, pacto reali, adeoque legi pragmaticae fundamentali, poſteris inſerviat. *Anomala* eſt autem haec familiarum ill et nobb. in relatione ad formulam imp. et territoriorum germ. legislatio. Merito igitur, ſiquidem propria ſua conſtare auctoritate, cenſuramque politicae criſeos ſubterfugere velit, limites ſibi ex ſuamet natura poſitos transgredi nequit. Determinantur hi ſatis jam *per ipſiſsimum habitum familiarem et domeſticum*, quem impune, et cum fructu conſilii ſui, nemo facile dilataverit *l*). Obtinet itaque ipſa Autonomia, adeoque vim habent pacta ejusmodi et obſervantia gentil. nonniſi, 1) *in cauſis ſtricte, vere, atque unice familiaribus*, remota omni cauſae *extraneae*, ſeu publicae, et politicae, ſeu privatae, admixtione. 2) Et quidem *membrorum fam. duntaxat inter ſe*; duplici ſenſu

*l*) Vide, quae deſuper in utramque partem ventilata ſunt, in Ded. Sayn Hachenburg. Utuntur hoc argumento potiſsimum ſucceſſores, principes regnantes, quibus per ejusmodi pacta veluti *capitulatio* ſaepius *in cauſis regiminis* obtruditur, in quae vero tam jucunde juratur, quam libere ſeſe dein ab eadem, et recte, abſolvunt ejusmodi principes.

ſenſu, adeo nimirum, ut, quemadmodum 1) extraneis obligatio his pactis imponi nequit, ita 2) et in eorum detrimentum, vilipendium etc. nec directe, nec indirecte quidquam valide ordinari hoc pacto queat.

1) Quod ad prius caput igitur, notam et obelum criticum mox ex parte caeſaris et Imperii, mox ex parte Dominorum territ. ſemper hucusque ſentire illuſtribus et nobb. neceſſe fuit, ſiquidem ii pactis ſuis privatis in meſſem alienam, in determinationes nimirum politicas, ſtatum Imp. et provinciarum publicum concernentes, falcem intulere, ceu docet nubes exemplorum, quibus pacta ejusmodi vel ex integro caſſata (idque vel ex officio, vel urgentibus ſtatibus provincialibus, vel conterminalibus principibus, aliisve,) vel iisdem, aut particularibus eorum capitibus, confirmationem caeſaream expreſſe denegatam eſſe hactenus experientia comprobavit *m)*.

Nec magis novum eſt, ipſos etiam ſucceſſores familiae ab iis capitibus, quae ſtricte familiaria non fuerant, libere ſemet abſolviſſe, et obortis deſuper differentiis ſupremi judicis adeo ſuppetias, et patrocinium reportaſſe, ceu inepta, et inexpurgata in nonnullis familiis, (nullam nomino) pacta gentil. docent, in quibus ſtricta Regiminis norma, moleſtiſsimis adeo nonnunquam poenalibus clauſulis munita, praeſcribi voluit. Largiter inde evenit, ut conculcatis ejusmodi perperam inſertis argumentis, nec caeteris, exquiſitiſsimis etiam et genuinis gentilitiis capitibus honor ſuus et autho-

---

*m)* Recte vero de hisce contentionibus obſervat Moſer Famil. Staatsr. T. II. p. 1045. „Dieſe Arten der Streitigkeiten ſeynd die allerbeſchwerlichſten, weil die Stände hierinn den Kaiſer, als in propria cauſa, nicht pro judice erkennen, noch, wenn es Mächtige ſind, deſſen Ausſpruch ſich ſubmittiren wollen; der Kaiſer hingegen ſich von ſeinem zu haben vermeinenden (addere debuiſſet: allerdings wohlgegründeten) Recht ebenfalls nicht verdringen laſſen will, ſondern ſich, ſo gut er kann, in den Beſiz ſezt, oder darinn erhält.“

authoritas relinqueretur *n*). Hoc pacto, Autonomia ejusmodi ſaepius periclitata eſt, pluſque indies odii ſibi et livoris conciliat, quandoquidem in diſpoſitiones prorumpit, ſtatum publ. Imperii, et provinciarum germ. tangentes; — ubi iisdem in jura caeſaris et imperii vel reſervata, vel communia involare, ea circumſcribere, non determinata privatim determinare, et ad intereſſe domeſticum velut attemperare vellent nomothetae gentilitii. Abſit! date caeſari, quae ſunt caeſaris, et quae ſunt Principis, Principi!

2) Nec minus infelici ſtudio pertrahuntur nonnumquam in rationes hujus legislationis gentil. alii, familiae penitus exſortes, quin adeo integrae ſaepemodum claſſes perſonarum Imp. s. provinciae; in earum gravamen, praejudicium, deſpectum, directe vel indirecte pluscula ordinantur; eveniretque nonnullis profecto pactis gentil. ubi vindicias honoris et jurium ſuorum poſtulare vellent omnes extranei perſonarum ordines, ceu corvo illi aeſopico, plumis in ſui oſtentationem et decorem, aliorum gravi cum dispendio collectis, nudato. Vigilem haec oculum expetunt, et nacta etiam hucusque ſunt caeſaris et principum, ut ſalvus cuique perſonarum germ. ordini honos, ſalva jura ſtent, proedriae et diſtinctiones intra modum ſubſiſtant, ultra conſuetum cenſum non extendantur; ne quando in priſtinas vires reſurgant perniciosae illae ordinum germ. de honoribus et praeferentiis ſuis contentiones, Saec. XIV. et

---

*n*) Atque ſic ſaepius revolvitur quaeſtio: *Utrum capiti familiae ill. derogare pactis fam. propria ex plenitudine poteſtatis liceat?* quae olim jam occaſione clauſulae teſtamenti *Friderici Willh.* Elect. Brandenb. 1664. mota; ſcribitque, non tamen cum Emphaſi plenaria, de ea Moſerus c. l. p. 1065. „Das punctum juris iſt bald ausgemacht. Die qualitas capitis familiae gibt kein Recht ſich ſelbſt von einem, mit denen Agnaten habenden Stammvertrag zu diſpenſiren, weil weder Rechte noch Herkommen, eine ſolche Ausnahme machen, und es, wenn dieſes angienge, mit denen Familien-Ehpakten oft bald ein ſeltſames Ausſehen gewinnen würde; ſeynd aber Umſtände vorhanden, warum der Stammvertrag nicht adplicabel zu ſeyn ſcheint, ſo geht es aus einem andern Grund, der mit dem Charakter eines Chefs des Hauſes lediglich keine Verbindung hat &c. — „

et XV. germaniae fatales *o)*. In pari cauſa verſantur hic *illuſtres* et *nobb.* quodque illi qua principes, a nobilibus fieri non patiuntur, nec caeſar ab iis fieri, recte indulgere poterit.

### §. 9.

### *Qui latius exhibentur: αα) in Materia fideicommiſſorum famil. ααα) ratione Conſtitutionis.*

Percurramus nunc potiora capita, quae pactis gentil. vulgo explicari ſolent, atque in his, quatenus Autonomia proficiat, quatenus eis contra inſufficiens ſit, liberiori ſtylo demonſtremus. Occurrunt hic primario *bona ipſa*, de quibus varie quaeritur: 1) *utrum illuſtribus et nobb. bona, reditus, aliaque noviter adquiſita pro lubitu qualitate fideicommiſſi inſtruere liceat?* 2) *in ſpecie, utrum feuda avita, qualitati fideicommiſſariae pro lubitu addici queant?* 3) *quaenam partes caeſaris, et Dominorum territorial. circa noviter erigenda fideicommiſſa familiae utroque caſu bene fundatae ſint, aut perperam iis adſtruantur? adeoque* 4) *quatenus in his omnibus illuſtres et nobb. germ. irreſtricta, minusve libertate familiari utantur?*

a) Quod ad *primam* quaeſtionem, gravis plerumque nobilibus territorii, aevo hodierno formari ſolet reſtrictio, quae autem Dominis territ. ad principium usque ſaeculi praeſentis, in mentem nun-

o) Hoc pacto jam olim R. R. germaniae in curiis ſolennibus, et conciliis praeſidentes, adlatis in deciſionem imp. publ. disceptationibus familiaribus, quae integros perſonarum germ. ordines directe concernebant, partim *vindices*, partim juſtos proedriae publicae *judices* egerunt, ceu factum in conc. *Triburiens.* In variis comitiis a *Rudolpho I.* celebratis, idem ab *Alberto I.* etc. — Optandum ſane, ut deciſiones comitiales antiquae Regiae colligerentur, magnam jurisprudentiae publ. medii aevi lucem adlaturae. Dedit earum ſpecimen Olenſchlager, in origg. jur. publ. Spener jur. publ. Daniel etc.

nunquam venerat. Derivata illa eſt ex *banno illo territor. politico,* quo omnia territorii membra velut ad unam maſſam computantur, efficitque eatenus *adpendicem legum amortizationis, contra nobiles landſaſsios, vel non landſaſsios perfrequenter latarum.* Si verum fateri oportet, legislatori territ. omnino graves ad manum adeſſe rationes poſſunt, ex quibus ordinationes fideicommiſsarias conſenſui ſuo adſtringere, legibusque publicis munire queat; Detrahitur nimirum reipubl. admulta ſaepe ſaecula commercium ejusmodi bonorum, alienationibus, oppignorationibus etc. eorum, gravi poena prohibitis; trutinatur autem fere hodie non tam commodum et ſplendor paucarum familiarum, quam utilitas, quae ex indiscreto inter omnes peraeque perſonas eorum bonorum uſu, transitu, reditu, et adquiſitionum viciſsitudinibus in rempubl. redundat *p*).

Hoc pacto ordinatis ſine conſenſu Domini territor. fideicommiſsis fam. perpetuis valor omnis denegatus eſt in *Bohemia q*), *Sile-*

---

*p*) Obſervo tamen, quod ubique verum, hic veriſsimum eſſe, ſcil. *politicas* rationes non continuo eſſe *rationes juris*, ſed perfrequenter ad Lydium lapidem examinatas, vel *pſeudo politicen*, aut *affectatas rationes ſtatus* continere. Monarchomachorum in his rebus partes fere ſequitur Kerſtan, diſſ. de fideicommiſſo perpet. in feudo. §. 36. Recte de his judicat cit. ded. Seynenſ. pag. 32. „Denn ſo gehört es allerdings unter die affektirte Staatsgrundſätze, wenn man die Familien-Freyheit des deutſchen Adels, nach dem Muſter einiger mächtigen Europäiſchen Höfe, dergeſtallt in die Klemme treiben will, daß dieſelbe in ihren ganzen Erbgangs- und Fideikommiß-Anordnungen lediglich von der Willkühr der Höfe, worunter ſolche wohnen, abhängen müſſen; — und wäre das der feinſte Weg, wie die Landesherrn, die ſich doch um dergleichen innere Familienſachen von Rechtswegen nichts bekümmern ſollen, ſich in dieſelbe unter einem nichtsbedeutenden politiſchen Vorwand einmiſchen, und den Adel, der nebenhin ſchon in ſo vielen Rückſichten mehr Erleichterung, als Beſchwerung verdient, vollends auch noch in ſeinem Familienverhältniß, zum Opfer gränzenloſer Herrſchbegierden, hinreißen könnten. Wehe dem deutſchen Vaterlande! Wenn dieſe Principia einmal die unglückliche Oberhand gewinnen ſollten! ꝛc. ꝛc." —

q) Cf. bömiſch. L. O. lit. O. 22. cui jung. bömiſche Novell. II. I. 20. Declaratio Leopoldi Imp. d. d. 25 Febr. (ap. Weingarten, cod. Fer-

*Sileſia r)*, *Auſtria s)*, *Friſia t)*, *in terris Oſnabrugenſ. u)*, aliisque.

Interim tamen, niſi lex vel obſervantia ſpecialis praeſto ſit, contendo, legem amortizationis ſimpliciter contra nobb in territorio degentes latam, perinde ad ordinationes fideicommiſſor. exten-

Ferdin. Leopold. Regn. Bohem. N. 542. p. 593.) Reſc. Leopoldi Imp. d. d. 22 Aug. 1704. (ap. eundem N. 614. p. 649.)

r) Cfr. ſanct. pragm. Ioſephi I. Imp. d. d. 18. Nov. 1706. (ap. Brachvogel, Samml. der Schleſ. Privilegien ꝛc. T. I. n. 45. S. 339.) Samml. der Schleſ. Privileg. Th. I. n. 93. S. 375. cf. Schott, Kritik B. IV. S. 535. et Kerstan c. l. p. 39. ſeqq. Lünig, corp. jur. feud. germ. T. II. n. 3. p. 262.

s) Cf. Oeſterr. Executionsordn. K. ferd. III. 1655. tit. 9. cui jung. Suttinger, obſerv. in conſuet. Auſtr. p. 418. —

t) Cf. Finalreceſs über die Gravamina zwiſchen Fürſt Georg Chriſtian zu Oſtfrieſsland, und denen Landſtänden ꝛc. d. d. $\frac{4}{14}$ Octobr. 1663. c. I. von de Iuſticie §. 26. ibi: „Alſo de goeder dickwyls met fideicommiſs belegt werden, en d' Erven alevenwel van „andere Lieden geen Kenniſe van t' fideicommiſs hebbende, geldt op deſelbe „neemen, delwelke eyndelyck daervan fruſtreert werden, dat daervan naer deſsen geen fideicommiſs gelden mooge, als het welke aen het Hofgerichte „off in de Plaetſe, daer de goeder, met fideicommiſs beſchwaert gelegen, „gerichtelyk notificeert ende protocolleeret ſeyn." — Cf. Lünig, collect. von der mittelb. Ritterſch. T. II. p. 1583. in fin.

u) Cf. Verordn. Chf. Clemens Aug. d. d. 7. May 1748. ap. Faber. Neue Europ. Staatskanzl. T. X. n. 4. p. 35. ſeqq. (Steck) Abhandl. von der landesherrl. Einwilligung in die Einrichtung und Stiftung eines Fideikommiſses, Majorats ꝛc. ꝛc. (in d. Ausführ. polit. und rechtl. Materien, St. XII. S. 180. fgg.) gallos exemplo in his cauſis fuiſſe germanis noſtris, vero admodum ſimile eſt. Extat ſane in eam rem *ordonance des Subſtitutions* d. m. Aug. 1747. art. 24. ſeqq. moribus noſtris plane analoga, quam luculento commentario inſtruxit *Prevot de la Iannes*, principes de la Iurisprudence francoiſe, T. I. p. 1. tit. 7. ſeqq. jung. *Ferriere*, Dictionaire de Droit, et Pratique. T. II. v. Subſtitution publiceé et enregiſtrée. p. 732. ſeqq.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-678534-p0041-2

tendi non poſſe; aliud enim eſt, novas adquiſitiones prohibere, aliud jam adquiſitorum dationes in fideicommiſsum, praegravare; arcent ejusmodi ſtatuta nobiles ab *adquiſitionibus*; quodſi autem nihilominus principis indulgentia bonorum adquiſitio uni alterive conceſsa ſit, non exiſtente alia lege ſpeciali, tacite ei conceſſum cenſendum eſt, ut de iis fideicommiſsi nomine disponere liceat. Inſubide autem interdictis: „ daß ohne landesfürſtl. Einwilligung, kein „ beſtändiges Familienfideikommiß möge geſtiftet werden, nonnunquam „ additum obſervo: noch auch kein Majorat, und Primogeniſ „ tur darüber möge beſchloßen werden; „ multis enim terminis diſtat fideicommiſsi, et primogeniturae ordinatio; lex primogeniturae enim *fideicommiſſum tacitum non inducit* x), primogenitura et majoratus *ordinem* duntaxat *ſucceſsionis*, adeoque momentum, Dominum territ. nullatenus concernens, determinat. Cui bono ergo haec impertinens lacinia? b) *Alteram* quaeſtionem, *utrum fideicommiſſum perp. familiae in feudo ſtatuere nobilibus vaſallis liceat?* probe jam, atque numeroſis argumentis excuſsit M. G. Kerſtan y); unde pauca adjiciemus. Augeri videntur illae rationes politicae, quae llatorem ad prohibitionem indiſtinctae conſtitutionis fideicommiſſorum *in allodiis* permovent, *in feudis* eo potiſsimum momento, quod adeo de *aliena* ſubſtantia *per viam alienationis* disponatur, quae cuilibet addictioni feudi in fideicommiſſum ineſſe cenſetur. Suffecerunt hae rationes legislatoribus *Bohemiae* z), *Moraviae* et *Sileſiae* a), *Pruſsiae* b), fideicommiſsi in feudo

---

x) Cfr. Moſer Famil. Staatsr. Th. II. S. 1223.

y) Cit. diſſ. Lipſ. 1731. 4. rec. ib. 1777. 4.

z) Kerſtan, c. l. §. 37.

a) Kerſtan c. l. Boehmer, Conſultat. et Deciſ. T. III. P. III. Conſ. 631. n. 2. G. L. Menken diſſ. de Mandato caeſareo regio, ultra familiae fideicommiſsa ad alias ultimarum voluntatum ſubſtitutiones in Sileſia non extendendo. Vitemb. 1724. Eſtor, Rechtsgelehrth. der Deutſchen, Th. II. §. 3480. et Th. III. ad eund. §.

b) Cf. Bergius, Cammeral und Poliz. Magaz. Th. IV. S. 170. leges Prutenicas recentiores collegit ill. Halenſium Decus, Ion. Fiſcher c. l.

feudo conſtituendi libertatem ad expreſſum conſenſum ſuum adſtringentibus.

At vero, ut libere ſententiam meam de his rebus expromam, utroque caſu apices nimium exquiri, ſuprematumque fere ad minima ſive ſi mavis ad nimia extendi video. Quae enim incommoda curiae feudali eveniunt, ſin familia, cui ea bona ex natura feudi jam in perpetuum addicta ſunt, eadem arctioris conſervationis cauſa clauſulis fideicommiſsi inſtruat? nec, me Hercle, rationes, quas pro ſuffulcienda theſi contraria, non adhibita diſtinctione in medium propoſuere Knipſchildt *c*), Vultejus *d*), Roſenthal *e*), Schrader etc. *f*), ſtatui fideicommiſsorum famil. germanicorum conveniunt; quandoquidem enim duntaxat de jure ſuccedendi inter eos, qui prima inveſtitura comprehenduntur, definiendo agitur, (agitur autem in ejusmodi pactis fam. de eo ſemper,) dubitari vix poteſt, quin pacta ejusmodi, conſenſu omnium, quorum intereſt, firmata, etiam absque Domini conſenſu valeant, iisque cum ordo ſuccedendi, tum alia ad utilitatem, ſplendoremque gentis pertinentia definiri, ordinarique poſsint *g*).

c) Ex quibus, quod ad *quaeſt.* 3. *et* 4. prono fluit alveo: 1) non multum diſtare a tricis Iurisprudentiae legislatoriae aulae miniſtros, qui principibus incongruo et inepto conſilio, nobilium in hoc capite libertatem accidendi ſuaſores fiunt, cum ii potius recolere debeant, inter ipſos etiam principes ſuos multifariam feuda impe-

---

*c*) Cit. tr. C. V. n. 104. ſeqq.

*d*) Lib. de feudis, lib. 1. C. 9. n. 70. ſ.

*e*) Tr. de feudis C. VII. concl. 2.

*f*) Tr. de feudis P. VII. c. 2.

*g*) Püttmann, Elem. jur. feud. §. 502. A. F. A. de Watzdorf, diſſ. de ſtatutis et judiciis gentilitiis nobilium mediator. in germ. Lipſ. 1774.

imperii, allodiis domeſticis intermixta conſtantem fere diſpoſitionum fideicommiſsariarum, ordinationum primogeniturae etc. partem efficere, nec de eo querendi occaſionem caeſarem et imperium hactenus unquam ſumpſiſſe. 2) Splendidas illas pro reſtrictione libertatis nobilium in hoc capite hactenus adlatas rationes, nonniſi inutilem ſuprematus extendendi libidinem indicare, potiusque 3) Quod ad *allodia* fideicommiſsis noviter inſtruenda, inſpectioni ſupremae territ. aliquas ſaltim, — quod ad *feuda* fideicommiſsis fam. munienda vero, principi qua Domino dir. nullas plane ſollicitudinis legitimae partes eſſe; adeoque 4) exemplo illuſtrium etiam nobiles plena in his rebus atque irreſtricta libertate gaudere.

## §. 10.

### βββ) *Ratione promulgationis, et adſecurationis publicae.*

Juſti vero limites ſunt, qui hoc Autonomiae exercitium reſtringunt, quandoquidem Imperans *clancularias* ejusmodi ordinationes, *fideicommiſſorum famil.* prohibet, *vindicemque publicae fidei et probitatis* agit, dum ea fideicommiſſi capita, quae reſcire omnium publice intereſt, ad notitiam publ. promoveri jubet, iisque hoc non obſervato, intuitu ſubditorum ſuorum vim atque vigorem omnem denegat. Sapientiſſime in his proceſſere nonnunquam legislatores noſtri, dum efficaciam pacti gentil. intuitu tertii, nonniſi obſervatis certis obſervandis, et in ſpecie momento illi adſtrinxere, ſiquidem tabulis publicis (Grund und Hypothekenbücher) ejusmodi capita inſerta fuerint, ex quibus ea relegere, fidemque habendam aeſtimare creditores quicunque poſſunt. Eminet in his cauſis exemplo digna potentiſſimi Poruſſor. Regis legislatio, quam explicuit die Königl. Aſſecuration d. d. 30. Jun. 1717. §. 1. 4. *reſcriptum regium*, d. d. 1. Jun. 1723. *h*) die Königl.

---

*h*) In corp. conſt. March. T. II. Abtheil. V. n. 76. S. 125.

nigl. Hypothekenordn. §. 9. *i*) *Inſtructio* für die Weſtpreuſſiſ. Regg. d. d. 21. Sept. 1773. *k*) die Hinterpommerſche Lehnsconſtitut. Tit. 2. §. 2. Oeſterr. Schleſiſche Ordn. P. II. p. 603. *l*) aliaeque leges prudentiſſimae, ab ill. Fiſchero *m*), v. Steck *n*), v. Selchow *o*) etc. recitatae. Duxerunt easdem in exemplum *Ordin. Prov. Sax. recogn. ad Tit.* 45. §. 7. *Deciſ. El. Sax.* d. A. 1746. — *Ordinat. Auſtr. Succeſſoria* Tit. 12. §. 1. — *Conſtitutio Bavar.* d. d. 20. Apr. 1672. *p*) Jus *Prov. Trev.* Tit. 1. §. 36. Nec minus *Conſtitutio Leodienſ.* d. A. 1686. *q*) *Conſtitut. Osnabrug.* d. d. 7. May 1748. quibus jungendae in eam rem *LL. Saxo-Gothanae r*), *Altenburg s*), *Haſſiacae t*), *Hanovienſis u*) etc. etc. De abolendis Nobilium fideicommiſſis clandeſtinis, etiam *in terris Palatinis* actum; ſed res ſortita non eſt effectum.

Quanquam

---

*i*) c. l. T. II. Abtheil. I. S. 116.

*k*) Corp. conſt. March. nov. T. V. Jahrg. III. S. 2208.

*l*) ap. Lünig corp. jur. feud. T. II. p. 261.

*m*) c. l. 820. 821.

*n*) c. l.

*o*) Elem. jur. germ. §. 45. edit. ant.

*p*) ap. Lünig corp. jur. feud. T. II. p. 225.

*q*) ap. de Ludolf, ſymphor. conſ. et dec. Cam. T. III. P. I. p. 1025.

*r*) Goth. Banker. Ordn. 1740. §. 12.

*s*) Altenb. P. O. Th. I. S. 256.

*t*) Heſſiſche L. O. Th. III. Tit. 25.

*u*) Hanauiſche Hof, u. Eheger. Ordn. Tit. II. §. 167.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-678534-p0045-4

Quanquam vero in ſingulis German. territoriis LL. expreſſae deſuper non exiſtant, analogia tamen, et aequitas communi canoni efformando ſufficit: 1) *Si pactum gentil. publica auctoritate ad notitiam publ. perductum, in eaque conſervatum eſt, hoc effectu, ut homines, qui ordine, et prudenter res ſuas agere ſolent, facilem prohibitionis ejusmodi fideicommiſſariae ſcientiam aſſequi potuerint, ſemper ſecundum tenorem ejusmodi pacti, etiam contra extraneum creditorem, quippe ſatis negligentem, et in propria culpa haerentem pronuntiandum eſt. Econtra 2) ubi promulgatio ejusmodi publica, et notitia deficit, ſalva ſane Juſtitia ex hoc capite pacti gentilitii, contra tertium creditorem pronuntiari nequit;* idque ex ſatis momentoſa ratione, quia nec juris communis, nec obſervantiae eſt, nobiles Germaniae non poſſe in genere pecunias accipere; hique profecto dedecori ſibi et ignominiae ducere deberent, ubi ipſis de eo quaeſtio moveri vellet. Aliud omnino dicendum de *alienationibus* et *oppignorationibus*; oportet enim, quemlibet creditorem generaliter jam ſcire, bona nobilium in omnibus fere familiis, ut plurimum qualitate fideicommiſſaria et ſtemmatica eſſe adfecta, adeoque viae alienationis et oppignorationis eſſe ſubtracta. Quodſi igitur ſpecialem de eo notitiam comperire neglexerit emtor ſive creditor, ſibimet, quod ſentit, damnum imputet. Res igitur, et prohibitio haec, uti et inſtituta ejusmodi territorialia contra clancularia ejusmodi fideicommiſſa, clauſulas fideicommiſſorum duntaxat concernunt: „daß die fideicommiſſa familiae mit Schulden entweder „ſchlechtweg nicht, oder doch nur auf eine gewiſſe vertragsmäßige „Summe dürfen beſchweret werden;“ ſecundum quae igitur, etiam *interpretationes* ejusmodi legum territor. capere oportet, prout cepit revera facult. jurid. Argent. in conſil. Argent. Vol. II. Conſil. 40. *x*)

Praeclare

---

*x*) Nil, quod mireris, de his protulit L. B. de Schell, diatr. de efficacia pacti familiae contra tertium. — Sub praeſ. Boehmeri hab.

Praeclare vir cordatus p. m. J. J. Moſerus *y*): „1) Wenn „Sie (fideicommiſſariae Diſpoſitiones) gegen dritte eine Rechts„kraft haben ſollen, ſo müßen keine Geheimniße daraus gemacht, „ſondern ſelbige dem Publico ſo dargelegt werden, daß ein dritter „von dem Inhalt derſelbigen wohl Wiſſenſchaft erlangen kann; ſonſt „wären ſie Mausfallen, und ein Mittel, unſchuldige dritte Perſonen „unbilliger Weiſe um das Ihrige zu bringen. Wahr iſt es, der, ſo „einem Reichsſtande etwas leihet, und ſich dafür Güter, Gefälle, „Gerechtſame ꝛc. verſchreiben, verpfänden, oder einräumen läßt, ſolle „auch ſo vorſichtig und klug ſeyn, daß er förderiſt zuverläßige Nach„richten einziehe: ob der Beſitzer dazu berechtiget ſeye? Aber eines „hebt das andere nicht auf, und, je nachdem das Fideicommiſs zu „des Publici Wiſſenſchaft gediehen iſt, oder nicht, hat der Beſitzer, „und der Darleiher mehr oder weniger bonam fidem, und alſo „auch mehr, oder weniger rechtl. favor für oder wider ſich. — 2) „Bey denen immer mehrers Reichsherkömmlichen und Staatsmode „werdenden Concurſen derer weltlichen Reichsſtänden ſeynd zwar die „Fideicommiſſe gemeiniglich das erſte, und ſtärkeſte, ſo der Schuld„ner denen Gläubigern entgegen zu halten pflegt; zumalen wenn er „kein Deſcendent von dem Schuldner iſt, oder ſich der Allodial- oder „Privaterbſchaft deßelbigen entzogen, oder doch nur cum beneficio „legis et inventarii angetretten hat. Mein Tr. von dem Schul„denweeſen der weltl. Reichsſtände belehrt aber auf die über„zeugendſte Weiſe, daß man eben doch in praxi meiſtens wenig, oder „nichts damit ausrichte.“

In famoſa cauſa *Montfortenſi* edocuere multa concluſa ſupr. Conſ. Imp. Aul. fideicommiſſa nullatenus ſucceſſorem regiminis liberare ab exſolutione debitorum praedeceſſoris; cumque in cauſa aeris alieni Domus *Naſſau Dillenburg* agnati ad pacta fam. provocaſſent, reſcripſit dictum Conſil. Imp. Aul. „Wenn Sie „um deswillen nicht geſonnen geweſen ſeyen, eventualiter zu zahlen, „ſo hätten ſie in Zeiten Vorſtellung thun, und verhüten helfen ſol„len,

*y*) Famil. Staatsr. Th. II. S. 1225.

„ len, damit die Schulden nicht ſo hoch angewachſen; maſſen das be-
„ kannte: lex vel pactum interpellat pro homine, in dergleichen
„ zum Nachtheil derer tertiorum gereichenden Fällen gar oft ſeine
„ Abfälle leidet. „ z)

§. 11.

*ββ) In Materia ſucceſſionis gentil. conjungendae, non dividendae.*

Vulgata pragmaticorum doctrina eſt, *ſucceſſorem in bona avita, privatam hereditatem repudiare, illamque ſibi ſervare poſſe*, eamque fere ad normam juris feud. quo ſucceſſores in feudum ab allodiis libere abſtinent, reduxere Boehmerus *a*), Hert *b*), Burchardi *c*), et qui eos ſecuti, recentiores fere omnes; qui inde ab exſolvendo aere alieno privato, praeſtandisque defuncti factis, ſucceſſores plane abſolvunt. Habet ea res ſpeciem juris permagnificam; eo quod in bona avita non minus, quam in feuda ſucceditur ex beneficio primi adquirentis, non ex indulgentia ultimi

z) His jugenda praeclara ejusd. Moſeri obſervata de ea re, in ejusd. Perſönl. Staatsr. L. III. C. 7. §. 65. ſeqq. S. 178. Th. II. — Ej. Tr. v. Schuldenweſ. der weltlichen Reichsſtände.

Illuſtrari haec res potuiſſet binis reſponſis, ab inclyt. facult. jurid. Mogunt. in cauſa L. B. de R . . . contra creditt. Dni de R. . . . 1746 et in cauſa L. B. de G. et de Sch. . . . contra creditt. Dom. de B. . . . 1749. conceptis, quae his principiis plane conformiter, in favorem Maſſae creditorum, contra agnatos, et eorum praetenſa pacta fam. et fideicommiſſa decrevit.

a) Conſultat. et deciſ. T. I. P. II. Conſil. 87. et T. III. P. III. Conſ. 595.

b) Conſil. et reſp. vol. I. ded. 18. add. Mevius, deciſ. P. I. deciſ. 33.

c) Diſſ. de hereditate quadruplici, ſive de genere bonor. quadruplici etc. C. IV. et V. jung. v. Zwierlein, Nebenſt. Abhandl. III. S. 63. fgg.

ultimi defuncti. Qui practicas judicis manus exſolutioni aeris alieni illuſtr. et nobl. unquam admoverit, certiſſime advertet, fideicommiſſa ejusmodi largam difficultatum Materiem porrigere, aliaque omnino ſaepius ſuadere caput *rationis ſtatus*, alia *aequitatis*, alia *conſilii*, et in genere, principium: *ſalus reipubl. ſuprema lex eſto*, ubique attendendum, probe tamen ſimul circumſpiciendum eſſe, *ut ne ſalus haec reipubl. ex mera debitoris convenientia, ejusve gentis utilitate aeſtimetur.*

Habent vero, teſte experientia, ſeparationes bonorum, his caſibus ſuſcipiendae, difficultates vel plane non, vel graviſſime demum explicandas; quodſi etiam explicentur, magna potiſſimum injuria, ob penuriam hereditatis et Maſſae privatae, creditores jure ſuo excidunt; praetendit quippe ſucceſſor jus agnationis et ſucceſſionis ex pacto, et providentia majorum, ab exſolvendi omnis aeris alieni priv. ab anteceſſore contracti neceſſitate prorſus immune, hocque praeſidio delatam ſibi privatam hereditatem, aere alieno gravem repudiat. Quid multa? notiſſima ſunt, quae inter illuſtres ſaepiſſime, et in Domo Baada-Durlac. nuper adhuc A. 1772. *d*) actitata ſunt. Imitantur nobiles. Inſervit in contrariam partem conſtit. *Oſnabrug*. d. d. 8. Jul. 1748. *e*). „Daß „die fideicommiſs-ſucceſſion nicht von der Erbſucceſſion getrennt „werden ſolle, wenn Schulden vorhanden, und der Schuldner das „Erbrepudiiren, und das fideicommiſs allein behaupten wollte." — Quid vero: *ergone principi in utilitatem ſubditorum et privatorum, legem hanc in praejudicium gentilitiae libertatis nobilium territ. ferre licebit?*

Res

---

*d*) Cfr replicae in S. Marggraf von Baden cont. Frauenalb. Beyl. n. 90. S. 109. ſq.

*e*) ap. Faber neue Staatskanzl. Th. X. Cap. II. n. 5. S. 35. ſqq.

Res ipſa, cum deciſionis fundamenta poſitiva nuſpiam ſuppetant, ductu analogiae duntaxat decidenda. Sane, quotiens hucusque inter illuſtres moto forſan ſuper bonis defuncti anteceſſoris concurſu, aut extra eum, aeris alieni ab eo contracti exſolutio a ſucceſſoribus flagitata eſt, uſi hi fere ſemper ſunt eo argumento; ſed parum felici, ut praxis ſupremor. Imperii Trib. hactenus docuit, eventu; judicavit quippe An. 1764. adhuc Conſilium Imp. Aulic. es mögten ſolche fideicommiſſa, und die ſolchengemäß vorgenommen werden wollende Separation fideicommiſſi ab allodio puro zum Nachtheil der hiebei ganz unbefangenen Crediditoren des Imploratiſchen Grafen v. N. keineswegs gedeutet werden. Obſtat ſane ratio fidei publicae, cujus conſervatio familiis illuſtr. ipſis curae cordique, intuitu nobilium vero, Principis territ. ſollicitudo primaria eſſe debet; elabuntur his machinationibus, anguillarum more ex manibus creditorum, debitores, depauperantur ſubditi, e. i. p. Nunquam vero in horum praejudicium Autonomiam privatam famil. eique ſuperſtructam dividundae ſucceſſionis gentilitae rationem a republ. foveri, explicari etc. pro jure ſtatuendum eſt; transgrediuntur haec limites familiares; prorumpunt in publica et politica, conſultatoriam legislatoris publici medelam expetunt, ne in perniciem ceterorum ordinum territor. vergat indiſcretum ejusmodi Autonomiae nobilium gentil. exercitium.

Quae res effecit, ut ſapientiſſimi legislatores in Exemplum paſſim trahant ejusmodi ab aliis inſtituta, ut ne contracto ſine ſecuritate publ. aere alieno Nobilium, patrimonia civium emungantur, et in praedam abeant. Hoc pacto proviſum in der Punctation zum Vergleich zwiſchen dem Fürſtl. Naſſau = Oraniſchen Hauſe, und der mittelrheiniſch freyen R. Ritterſchaft quae confirmationem Caeſ. expectat, ut non habito diſcrimine, utrum bona ſint fideicommiſſo obnoxia, nec ne? creditor exſolutionem debiti ſui intra annum fruſtra exſpectans, judicialiter idipſum denuntiet, quoipſo eidem Jus hypothecae judicialis conſtitutum eſſe praecipitur, §. 13. Abſchn. II in verb. „Damit aber 3) auf der einen „Seite Oranien Naſſauiſche Unterthanen, durch etwaige Anlehen „nicht

„ nicht gefährdet, und das Reichsadeliche Mitglied zu verderblichen „ Schulden keinen Auswege behalten möge; ſo ſoll der Darleiher, „ wenn er binnen Jahresfriſt die Zahlung nicht erhält, ſolche gericht= „ lich anzeigen; dadurch ſoll der Darleiher ein jus hypothecae judi- „ cialis auf die beſitzende freyadeliche Güter in Oraniſchen, und ein „ Vorrecht vor allen Inn= und Ausländiſchen Privathypotheken er= „ langen." —

Atque hoc ipſum etiam obtinet circa politica ejusmodi corollaria et effectus ex fideicommiſſorum ordinatione, deſcendentes, ſcil. ſeparationem illam allodii aviti, a puro et noviter adquiſito, ſaepiuscule quaeſitam, de cujus juſtitia et jure obſervatis potioribus momentis breviter ita ſentio: 1) quandoquidem in territorio leges et inſtituta cum effectu vigent, quibus fideicommiſſa nobl. ad publicam omnium notitiam pertrahuntur, conſulant ſibi oportet creditores, ne in fallacias et diſcrimen incidant; hacque perſpectione omiſſa, iniquum foret, ſi, quae totius familiae corpus efficiunt, improbi alicujus debitoris fraude, et prodigalitate in praedam diriperentur. Econtra 2) quandoquidem in abſconditis habentur et latebris ejusmodi pacta familiae, qualitas bonorum publice non ſegregatur, ut diſcerni a quolibet extraneo facile poſſit, juſtiſſimas eas Patriae LL. cenſeo, quae ſucceſſorem ex aequo, ſine licentia ſeparandi fideicommiſſa ab allodio puro, exſolutioni aeris alieni, dummodo hoc ipſum aliunde gravare ſucceſſorem queat, adſtringunt. Merito quippe, qui ſecuritati, et fidei publicae ex ſua parte tam parum ſuccurrere dignati ſunt, auxilium Legislatoris territ. contra ſemet ipſos damno ſuo experiuntur.

§. 12.

## §. 12.

### γγ) *Intuitu alienationis bonor. ſtemmatic. extra famil. et introducti Retractus gentil. et Revocat. fideicomm.*

Eriguntur fideicommiſsa familiar. ill. et nobb. ut ſplendori gentis in perpetuum inſerviant. Hoc fine alienatio eorundem non gravibus ſolum poenis propoſitis, per pacta gentil. cohibetur, ſed et in anteceſſum abſolute nulla et inefficax adeo declarari ſolet, ut 1) non obſtante emtoris contradictione quacunque, ea ſimpliciter revocari, haecque revocatio, 2) quocunque tempore, excluſa cujusvis temporis praeſcriptione, et vetuſtate, fieri queat. Grandis farrago pactor. gentil. omnis aevi, ineditorum, quae ad manus noſtras eſt, prioris legis antiquiſsima veſtigia, jam ſaecul. XIII. — poſterioris vero, ſaec. XVI. demum exhibet. Sunt penes nos pacta gentil. ined. illuſtrium Münzenbergior. et Falkenſtein, de A. 1298 et 1290. Sunt pacta gentil. edit. ill. proſapiae Rhingrav. Saecul. XIII. plura, — *Eppſtein*, et *Koenigſtein* plurima, *Erbacenſia*, *Solmenſia*, *Naſsovica*, *Weinsbergica*, *Bolandica*, *Wilnavienſia*, *Bikenbacenſia*, *Würtenbergica*, *Iſenburgica*, omnia fere hactenus inedita, ex ſaec. XIII. XIV. XV. Haec, quemadmodum in plurimis capitibus conſpirant, ſiſtunt etiam concentum graviſsimarum poenarum, et revocationis, ex ſubverſante nullitate alienationis in hunc caſum propoſita, in perpetuum conceſſae. Inter innumeras vero lites, quas auctoritate arbitrorum gentil. ſuper hoc argumento deciſas inveni, nuspiam, quod libere profiteor unquam legi, revocationem alienationis ex ea cauſa impeditam fuiſſe, quod emtor bonam fidem, et ignorantiam pactor. famil. allegaret. At vero diutinam emtoris poſſeſſionem, ſ. ut Eppſteinenſibus A. 1412. ab illis de Cronenberg objectabatur, daz ſine gebuſeme daz ſelbig gut in rechter gewer lenger als lantrecht vnd Menſchen herz gedenken mogt, inngehapt vnd beſeſſen, nonnunquam juſtam judicio amicabili viſam fuiſſe, non eſt, quod taceamus. —

Ve-

Veriſsimum eſt, olim publicationem ejusmodi pactorum famil. ad impediendam convalidationem alienationis fideicommiſsorum fam. neceſſariam nunquam fuiſſe, atque, ſi de elapſis aevis haec intelligantur, libere ſubſcribo ſententiae, quam in eam rem profeſſus B. G. H. Hellfeld *a*); Nondum enim multiplicata ea diſtinctio, quae hodie ſemen illud difficultatum graviſsimarum et frequentiſsimarum continet, bonorum gentil. innotuerat; nativus velut et communis carácter omnium bonorum, quae avita, quae noviter adquiſita, (exceptis rebus mobilibus et ſortibus forte) erat, quod ea omnia ipſo facto adquiſitionis, non exiſtente diſpoſitione contraria, *pro tacito fideicommiſſo* haberentur, quin adeo in anteceſſum pactis familiae, omnia in futurum adquirenda, jam ejusmodi nexui addicerentur. Cujus conſequens fuit, quod emtor ſcire ſemper debuerit, potueritque, etiam citra publicationem inſpectionemve tabularum unionis gentil. ea bona fideicommiſſo fam. eſſe obnoxia.

At vero, quando ſubjungit *Hellfeld:* „ *bona illuſtrium avita naturam fideicommiſſorum in omnibus fere illuſtrium familiis* ***adhuc hodie*** *habent;* „ — ne in *hypotheſi*, ut ajunt, errare videatur! eam enim latitudinem jurid. praeſumtionis bonis gentilitiis famil. ill. et nobb. hodiernis, ſine diſcrimine, ut olim, adjicere vereor, cum noto notius ſit, in plurimis alteratam eſſe hodie bonorum gentil. qualitatem et diſtinctionem. *In theſi* igitur in eam ſententiam ſponte diſcedo: hodiedum, ſi de *revocatione alienat. fideicommiſsi* quaeritur, (*de exſolutione aeris alieni contra ſentio,*) vindicationem gentilitiam per exceptionem doli contrahentis, ab emtore oppoſitam non ſummoveri; doli quippe exceptio contra decipientem duntaxat, non vero contra tertium, qui doli particeps non eſt, (non eſt autem ea familia; quae pacta ſua gentil. juris publici fieri non vult,) procedit. *In hypotheſi* vero, ceu ex actis publicis videre eſt, tot, tamque graves nonnumquam circumſtantiae, et

*a*) Diſſ. de fideicommiſsis familiar. ill. eorumque, ſi alienata ſunt, revocatione. §. 55.

et argumenta familiis ill. ab emtore objiciuntur, ut aegre ſervari principium anteſtructum queat; *ratio* enim, *cauſa*, et *modus* alienationis ſuſceptae, convalidationem ejus ſaepe ſaepius efficiunt, ceu adparet ex innumeris fere judicatis ſupremorum Imp. tribb. quae ex hoc capite, non obſtante qualitate boni aviti, alienationem validam eſſe juſſerunt, quin et ex officio, propter debita unius membri familiae, plura gentis latifundia publice ſub haſta vendi reſcripſerunt g).

Eodem modo res ſe habet intuitu *retractus gentilitii*, et *Revocationis perpetuae*, *excluſa cujuscunque vetustatis praeſcriptione.* Quandoquidem enim paſſus ejusmodi conſtitutionibus unionum gentil. et pactor. famil. inſeruntur, petita deſuper confirmatione Imperator *vindicem* agit *jurium priv. communium*, delendo has clauſulas, aut delatis forte ad ſuprema tribb. deſuper privatorum laeſorum querelis, *judicem*, *haec omnia reprobantem.*

Exemplo, inter antiquiora pene innumera, ſint, quae Auguſtiſsimus Imperator d. d. 29. Sept. 1786. reſcripſit in cauſa: Naſſau geſammtfürſtl. Häuſer, neuen Erbverein betreffend. Publicatur reſolut. Caeſar.

Imo. etc.

IIdo. Nachdem dieſelbe ſich in exhibitis de praeſ. 28. u. 31. Aug. nuperi ausdrücklich erklärt, daß ſie von dem 10ten Abſaz des ad confirmandum übergebenen Erbvertrags gemachten Vorbehalt der zu ewigen Tagen nicht ſtatt findenden Verjährung völlig abſtehen, und ſolchen gänzlich fallen laſſen wollen; als wird im übrigen die nachgeſuchte Kaiſerl. Confirmation hiemit ertheilt.

J. G. v. Hofmann.

Et ſub eod. dato.

Naſſau Oranien Hr. Fürſt, pto confirmationis Primogeniturae: Publi-

g) Cfr. Homberg zu Vach, diſſ. de convaleſcentia vitioſae alienationis.

Publicatur reſolut. Caeſar.

Imo. etc.

IIdo. Nachdem der implorantiſche Hr. Fürſt zu Naſſau Oranien in Exhib. de praeſ. 31. Aug. nuperi erklärt hat, daß er ſowohl den §§. 19. u. 20. der ad confirmandum übergebenen Primogenitur conſtitution eingeloſſenen Vorbehalt einer zu ewigen Tagen nicht ſtatt findenden Verjährung — als die §. 22. verordnete Befreyung der Apanagen, und Deputaten von allen Anweiſungen, und Arreſten gänzlich fallen laſſen wolle; als wird im übrigen die nachgeſuchte Confirmation hiemit ertheilt.

J. G. v. Hofmann.

Non credas, haec nova eſſe, aut in praejudicium avitae poſſeſſionis proſapiarum illuſtr. directo tendentia; mutua vice enim ejusmodi clauſulis ſibimet ipſis graves forent gentes ill. et nobb. bonis ita in perpetuum, amortizatis, et reditu in manus exſortes familiae prorſus interdicto; breviter: eadem hic argumenta proſunt, quae ad manus ſunt contra nobilitatem Imp. immed. retractum perpetuum bonorum ſuorum contra pia corpora praetendentem *h)*.

§. 13.

---

*h)* Cf. Ded. über das Auslosungsrecht Ritterſchaftlicher, an todte Hände veräuſſerter Güter, bei Gelegenheit der an Kammergericht anhängigen Appellationsſachen des Gotteshauß Schwarzach, entgegen weyl. Freyherrn von Rathſamhauſen, und deſſen Erben. Straßb. 1770. fol. cui jung. Ded. Aktenmäßige facti ſpecies, und Rechtsgegründeter Beweis, daß dem Herrn Graf Carl Julio von Löwenhaupt, und deſſen nachgelaſſenen Erben das Näherkauf oder Einſtandrecht an den ¾ der freyen Reichsherrſchaft Reipoltskirchen — vermöge göttl. u. weltl. beſonders aber deutſcher Rechte zuſtehe. Gött. 1735. fol. (auct. Sal. Brunquell). — Caeterum ſuper univerſa hac de fideicommiſſis illuſtrium doctrina, flores ſimul et ſalem pragmatica et politica manu, eximio ingenii acumine aſperſit Luc. Carl Miller Patriot. Gedanken über die Fideikommiſſen des hohen und niedern Adels in Deutſchland, und der Art wie dieſelbe dem Wohl des Staates gemäßer einzurichten. Schwabach 1773. 8. aliqua etiam obſervavit Paalzow, Polit. Anektod. Th. II.

## §. 13.

*β) Limites hujus Autonomiae, circa reſtrictiones facultatis perſonalis membrorum fam. αα) circa libertatem ineundi Matrimonia.*

Coanguſtatur ſaepe per pacta gentilitia libertas membrorum fam. ineundi matrimonia; eaque vel ad certos perſonarum ordines, quibuscum ea contrahendi fas habeatur, reſtringitur, vel gradus in ordinibus determinantur, quos nubendo tranſilire opprobrio, et dedecori gentilitio decernitur; utrumque privatione nonnunquam ſucceſſionis feudalis, allodialis, alteriusve emolumenti hereditarii, ex integro, vel pro parte, mulctatur, magno, ut vides, nonnunquam ipſius gentis taedio, quin adeo, ut compertum hucusque ſaepius eſt, totali excidio familiarum.

Multiplex hic igitur quaeſtio oritur: 1) *Quidnam de pactis gentilitiis ill. et nobb. libertatem matrimonii ad certos perſonarum ordines adſtringentibus in genere habendum?* 2) *utrum interdicta gentilitia matrimoniorum inaequalium ſpectent ad Autonomiam priv. familiarem?* 3) *Utrum in ſpecie genti cuipiam illuſtr. ſ. nobili liceat, pactis fam. certos deſignare ordines, quibuscum inita membrorum matrimonia, ſimpliciter pro inaequalibus, adeoque ex iis nati liberi pro ſucceſſionis plane incapacibus habendi?* — 4) *Quidnam in his caſibus obſervantia famil. illuſtr. et nobb. praetenſa efficiat?* 5) *Quidnam clauſulae poenales, ejusmodi pactis ſubjunctae, de jure et praxi germaniae eatenus importent?*

Prior quaeſtio decidi *moraliter*, decidi *juridice*, decidi *politice*, ſemperque fere aliter, poteſt. *Moralem* cauſae diſceptationem hic linquimus. Iuſtificantur ex hac parte prohibitiva atque ſimul adſtrictiva ejusmodi pacta gentilitia, pluribus ſemet confortantibus argumentis, ſolentque teſte experientia, connubia, ejusmodi, reſpectu Agnatorum, ſ. cognatorum nobilium parum felices, parum jucundos ſortiri exitus. Rem canit Ovidius Heroid. Ep. 8.

Quam male inaequales veniunt ad aratra juvenci,
Tam premitur magno conjuge nupta minor.
Non honor eſt, ſed onus, ſpecies laeſura ferentes;
Siqua voles apte nubere, nube pari.

Expoſuerunt et alii *i*), quos non curamus. *Politicam partem* hujus quaeſtionis abſolvit decantata illa *ratio ſtatus pronuba k*), quae ſimul in legem familiae perpetuam et fundamentalem facile transformatur, confirmatque quotidie monitum *Meleandri* Regis ad filium, ap. Barclajum *l*): „ *Privatorum eſt, eligere matrimo-*
„ *nia ex amicitia, affectu, vel morum concordia; nobis illa ſuavitas*
„ *exuenda eſt. Regum enim fortuna eſt, ut nunc indignos et exoſos,*
„ *per ſanctiſſima foedera ſibi conjungant, nunc omnium nexuum jura,*
„ *omnisque ſanguinis charitatem, inhumana neceſſitas negligat. Cha-*
„ *riſſimus eſſe ſolet, qui utilitate praecipua potentiam noſtram alit, et*
„ *affinitates pulcherrimae cenſentur, quaecunque regnum ſtabi-*
„ *liunt.* „ — Egregius ſane ille gallorum Politicus Io. Silhon *m*), rem feſtive exprimit, dum inquit: „ *Id, quod ſperandum in con-*
„ *trahendis Matrimoniis, ac quod principes, qui ea contrahunt, et*
„ *Miniſtri eorum, qui ad haec contrahenda adhibentur, pro ſcopo*
„ *principali habere debent, eſt utilitas quaedam praeſens, aut bonum*
„ *propinquum, interea temporis, dum animi eorum, qui hoc nexu*
„ *conjunguntur, fervent, ac benevolentia abundant erga illos, cum*
„ *quibus hanc ſocietatem ineunt. Franciſcus I. promiſit ſe uxorem*
„ *ducturum Eleonoram ſororem Caroli V. Imp. ut liberaretur a ca-*
„ *ptivi-*

*i*) Cfr. *a Diſſeldorff.* diſſ. (ſub praeſid. Bodini hab.) de jure princip. reſtringendi libertatem connubior. Diſſ. I. Schacher, de moralitate imparis Connubii 1723. praeſtantiſſimis idipſum argumentis edocuit Auctor *anon.* über die Sittlichkeit der ungleichen Ehen, in Bezug auf häusliche Geſellſchaft und Staat. 1782. 8.

*k*) Cfr. Winkler, diſſ. ratio ſtatus pronuba. Lipſ.

*l*) In Argenid. P. I. L. III.

*m*) Libro praeſtantiſſ. *Miniſtre d' Etat.* Lib. III. Diſſ. IV. p. 169. Cui jung. p. 573.

„ *ptivitate, etc.* „ — Executi hoc thema ſunt politici fere innumeri, antiqui et recentioris aevi, Icti etiam, E. A. Stryk *n*), I. Boehmerus *o*), Hellfeld *p*), alii. Quod vero haec omnia, etiam ex aequo *nobilibus* germaniae adplicari queant? vix crediderim; ceſſat apud eos, ni muſcas captare velis, magnificum illud praeſidium; ſpectant eorum matrimonia privatam duntaxat utilitatem ſui, familiaeque; unde etiam eorum pacta gentil. libertatem connubiorum certis perſonarum claſſibus adſtringentia magis *juridico*, quam *politico* ſubeunt oculo.

Supereſt igitur quaeſtio *juridice* adhuc determinanda: *quatenus pacta gentilitia illuſtrium et nobilium germ. libertatem matrimonii certis ordinibus, et gradibus perſonarum adſtringentia de jure ſubſiſtant, vimque legis efficiant inter poſteros obſervandae?*

Qua de re in utramque partem hactenus peccatum obſervo, dum alii ſine diſcrimine quaecunque ejusmodi pacta damnarunt, alii inſulſa farragine argumentorum, virtutem iis, nullatenus convellendam adfinxere. Plures ſane ſunt qq. ſub hac comprehenſae, quarum diſtincta reſolutio demum, quaeſtionem principalem ſimul determinat; ſcil. cum finis ejusmodi pactorum ſit, ut ne indignis membrorum connubiis, decus familiae deformetur, 1) utrum jus, pactis fam. matrimoniis membrorum inaequalibus occurrendi, eaque ſub poena diſpendii prohibendi, familiae ill. vel nobili vi Autonomiae recte tribuatur? 2) utrum eidem in ſpecie liceat, quandoquidem LL. Imp. aut territorii vel nullae extant, vel dubiae ſunt, obſervantia etiam ſibi conſtans, atque univerſalis nulla exiſtit, privata legislatione certos perſonarum ordines, perſonasve infra ſe deſignare, quibuscum inita connubia pro disparagiis, poenae gen-

*n*) Diſſ. de matrimonio ex ratione ſtatus, von Staatsheyrathen.

*o*) Diſſ. de conjugiis principum ex ſtatus ratione initis. Helmſt. 1704.

*p*) Diſſ. de matrimonio ex ratione ſtatus illuſtr. (in ej. Iurispr. Her. T. I. C. V. p. 289. ſeqq.)

gentilitiae in hunc caſum propoſitae obnoxiis, ſint habenda? — Non perſpexit ſane, quid inter utramque quaeſtionem interſit juridici et politici diſcriminis, Autor (L. B. de Berger) der Reflexionen über ein Helmſtädtiſches Reſp. jur. darinnen 2 quaeſtiones, validitatem pacti domus illuſtris libertatem circa matrimonia conſtringentis betreffend, erörtert werden; 1723. 4. Unde eam ſoliditatem, quam promiſit, ſcripto ſuo non conciliavit; altius utramque quaeſtionem elucubrabimus §§phis ſeqq. —

## §. 14.

*Excuſſa quaeſtio: Utrum familiis illuſtr. et nobl. vi Autonomiae gentilitiae facultas competat, arcendi connubia inaequalia in genere membrorum ſuorum, — numque poenae diſpendii familiaris, pactis gentil. in hunc caſum propoſitae, ex principiis tam politicis, quam juris defendi queant?*

Helmſtadienſes Icti quondam q) cum Stryckio r) omnem pactis gentil. illuſtrium et nobl. inaequalia connubia inter ſuos praecaventibus, et prohibentibus obligandi virtutem et efficaciam denegarunt. Abſurdas eorum rationes confutavit jam olim *Nobl.* de Berger cit. Reflexion. Jam, quod ad *illuſtres* concernit, res procul dubio eſt, ſcriptis fere innumeris illuſtrata,

q) In reſponſ. quod ſubjunxit Stryk et Berger l. citand. Judicat de eo Moſerus gröſſ. Staatsr. Th. XIX. S. 349.: „Was die „Helmſtädtiſche Rechtsgelehrte zu einer Zeit, da ſchon ein mehreres Licht in „unſerer Staatsrechtslehre aufgegangen wäre, (A. 1698.) für abgeſchmackte „Gedanken von dergl. Familienpakten geführet haben, iſt oben p. 265. ꝛc. „zu erſehen; und wenn man es mit einem des deutſch. Staats- und Völker„rechts verſtändigen Mann zu thun hat, hat man nicht nöthig, etwas darauf „zu antworten; dann ihre Gründe ſtoßen überall gegen die Grundſätze beſag„ter Rechte an.“

r) Diſſ. de diſſenſu ſponſalit. S. V. §. 75. 76.

ta, et argumentis luculentiſſimis confortata; iis ergo quidquam addere, foret poſt Homerum Iliada ſcribere. *De Nobilium ordine* vero altior nobis indagatio eſt, cum ſatis conſtet, non omnia, quae illuſtribus Autonomice hic tribuuntur, aeque et nobilibus convenire, atque obſervantiam, quae multifariam illuſtrium cauſam clare determinat, reſpectu nobilium turbidam, illiquidam multoties, altiorisque adhuc eſſe indaginis *s*).

Pro certa interim, intuitu etiam *nobilium* Regula ſtatui poteſt, pugnare pro iis, ſi non abſolutas illas, et magnificas *rationes ſtatus*, ſaltim *morales* illas, *communes* et *familiares*, rationes, interque eas, ſpeciatim *ſplendoris familiae conſervandi principium*, quod pactis ejusmodi reſtrictivis libertatis connubiorum in genere, et prohibitivis inaequalium in ſpecie, adſtipulantibus obſervantia communi Imp. judicatis ſupremor. Imp. tribb. — calculo DD. et Ictorum unanimi, plenum juris vigorem, et inter poſteros obligandi efficaciam tribuit. Quid multa? par hic Illuſtrium et Nobilium cauſa politica, aequale *intereſſe familiare*, licet diſpar et *inaequale ratione ſtatus*. Recte ſane Anon. ille über die Sittlich=

---

s) Praeclare Millerus c. l. p. 62. ſeqq.: „Bey dem hohen Adel gibt „das Herkommen über die Frage von dem Rechtsbeſtand ſolcher Hausverträge „ſchon ziemlich Ziel, und Maaß, ob ſich gleich dieſen von der Seite her „auch noch beykommen läſt; denn um ein gültiges, und in ſich ſelbſt beſtändi= „ges Reichsherkommen in dergleichen Fällen zu begründen, muß billig voraus= „geſetzt werden, daß man darinnen die Gränzen ſeiner Befugniße nie über= „ſchritten; das iſt aber vielfältig in dergleichen Hausverträgen geſchehen, und „man hat Beſtimmuugen eingemiſcht, worzu der Umfang der Hausautonomie „nie erkleckt hat. Man denke hiebey an die Familienbänne „in Eheſachen. Bey dem niederen Adel hingegen, der ſich heut= „zutag bey weitem nicht jene weit umfangende Freiheit in Familienbeſtim= „mungen, wie der hohe, anmaßen darf, ſieht es um dieſes Herkommen „überall ſehr windig aus; die Autonomie dieſes Zweigs iſt ſich ſelbſt nicht „gleich, und richtet ſich häufig nach verſchiedenen Provinzialbeſchränkungen; „wie will man alſo ein feſtes Herkommeu, und einen Maasſtaab, wie weit „der niedere Adel bey ſeinen Anordnungen gehen dürfe, und ob etwas im „zweifelsfall vor rechtmäßig, oder über die Schnur geſchritten zu halten ſeye? „daraus begründen?„

Sittlichkeit der ungleichen Ehen §. 32. inquit: „ Es würde freilich „ poſierlich ſeyn, wenn man behaupten wollte, es ſeye z. B. dem „ deutſchen Reich an der Erhaltung eines mächtigen Hauſes z. B. „ Brandenburg, Oeſterreich u. ſ. w. nicht ein mehreres ge- „ legen, als an der Aufrechthaltung eines kleinen adel. Hauſes; — „ wenn man aber das Familienintereſſe rein nimmt, wie es wirklich „ als der Grund von Familiengeſetzen genommen werden muß, und „ alſo alle auswärtige Staatsabſichten davon ausſchließet, ſo „ läßt ſich kein Grund angeben, warum nicht dem Geringſten vom „ Adel der Wohlſtand, das Aufnehmen, und die Erhaltung ſeines „ Hauſes eben ſo nahe am Herzen liegen müße, als denen Mächtig- „ ſten aller deutſchen Häuſer. Es bleibt alſo nichts über, als blos die „ moraliſche Grundſätze, aus welchen beide Theile die ungleichen „ Ehen unter ihren Gliedern verbieten, und dieſe allein ſind es, wo- „ rinnen beide übereinkommen; ob ich gleich auf der andern Seite „ gern einräume, daß man ſie durch Einmiſchung allerlei politiſcher „ Bedenklichkeiten und Ausſichten, zu einer Staatsmoral gebil- „ det habe. “

Habet adeo ea res *reſpectum* quendam *publicum*, qui hic ſub nomine einer Staatsmoral indigitatur; qua de cauſa ex plenitudine Poteſtatis, Dominos nonnunquam territoriales, Dominos directos, Dominos curiae (Hofherrn) quondam, hodieque vagam illam nubendi licentiam certis perſonarum claſſibus adſtrinxiſſe in comperto eſt *t*). Magna quidem ordinum Imperii in multis argumentis, atque importans eſt libertas; nuſpiam autem inveneris, iisdem unquam per LL. publ. conceſſum fuiſſe, ut ſe perſonis inferioris claſſis conjungant; potius matrimonia ejusmodi inaequalia legibus publ. adverſa, cum antiquiſſima eatenus obſervantia,

*t*) Proſequuntur hoc argumentum jur. germ. cultores; dedit proba C. A. Beck, Diſſ. de jure principis circa connubia miniſtror. Moſer Hofrecht. Joachim von den eingeſchränkten Heyrathen der Vaſallen in mittleren Zeiten. (in ej. Samml. vermiſcht. Anmerk. Th. I. S. 263. ſqq.) Scheidt Nachr. v. hoh. u. nied. Adel S. 170. 496. aliique.

vantia, inter proſapias illuſtres laudabiliter vigente non conveniunt. Poſito vero etiam, in conſtitutione quadam Imperii contineri, conjugia ordinum imparia, cum perſonis nobilis conditionis, vel plebejae etiam inita, omnino paria cenſenda, natosque ex eis liberos, legitimos et indubios ſucceſſores judicandos eſſe; nihilominus tamen facultas illuſtri familiae foret, libertatem hanc, conſtitutionibus ejusmodi Imp. conceſſam, ex antedictis urgentibus cauſis limitandi, adeo, ut et ſucceſſores ex pacto familiae limitante obligentur; quoniam LL. ejusmodi publicae, nimiam libertatem indulgentes nonniſi plurimis Inconvenientiis, jurgiis, taediisque anſam praebent. Quodſi enim membra proſapiae ill. ſemper et in omni caſu hac ſibi indita libertate nubendi uti, et non potius ſibimet ipſis data norma et reſtrictione conventionali adſtringi vellent, breviſſimo ſane tempore, ruinam ſibi, atque perniciem inevitabilem accelerarent Domus illuſt. et nobl. Unde peſtem nobilitati conſuluit *Amersfortius* et *Almelooven*; faſtor. C. III. „*Tolle gentilitia latifundia, diſſipa, — nobilem nuptui* „*dato civico, et habebis grande problema exaequandi ordines* „*reipubl. u).*

Unde ſagaciſſimi, veraeque, non ſimulatae prudentiae publ. ſtudioſi ſucceſſores terrarum, non elogiis ſolum, ſed factis etiam comprobarunt, ſtabiliſſimam rei ſuae privatae fortunam in eo ſubſiſtere, ſi quando providis eatenus pactis domus, in hoc etiam argumento ſeſe adcommodarent, periculoſas omnes mutationes deſuper evitarent, adeoque nullatenus inconſultis eorum abolitionibus, ſpeculum levitatis indecorae, et inconſtantiae pernicioſae ſibi aliisque objicerent. Poenas, ejusmodi pactis fam. in hunc caſum adjectas quod attinet, multis eatenus diſtinctionibus uſus eſt

u) Facinus non multo dignius memini miniſtros quosdam Principibus ſuis conſuluiſſe ineunte hoc Saeculo, ut refert die Europ. Reichsfama. T. V. p. 604. probe ii meminerant, caput omnium ſacrorum familiarium, et ſuſtentaculum firmiſſimum familiarum nob. eſſe *connubia aequalia.*

eſt b. m. Moſerus x) ſed res in ſalvo eſt. Quandoquidem ſcil. verum diſparagium a membro famil. initum eſſe *judicatur*; (id quod non concentus et ſententia conſortium familiae, ſed deciſio ſupremor. Imp. trib. efficere poteſt) poenae familiares, vi Autonomiae gent. in hunc caſum propoſitae ſimpliciter ſubintrant, ſive ejusmodi pactum confirmatione Caeſar. munitum ſit, ſive non. Nullatenus enim genti illuſtri, in controverſiam deduci poteſt jus, clauſulas ejusmodi privatorias adjiciendi, quippe quod in antiquiſſimis retro temporum actis familiaribus ſatis praeſidii, argumenti, et probationis habet; nec ab ejusmodi poenis recedere, easque velut pro non ſcriptis habere poſſunt ſuprema Imp. trib. ſed totum, quod hoc caſu his Imperii Archidicaſteriis ex rationibus Status Imperii incumbit, officium, duobus punctis abſolvitur: a) ut diſcernant, utrum LL. et obſervantiae Imp. conformiter, prolata ſpecies pro vero diſparagio ſit habenda nec ne? comperto ergo priori b) ut ſimpliciter Executioni pacti Domus ill. quoad clauſulam poenalem, viam non impediant, eique, facta forſan imploratione, robur et vires addant.

## §. 15.

*Utrum in ſpecie familiae illuſt. vel nobl. liceat deſignare certos perſonarum ordines, quibuscum inita membrorum ſuorum connubia habenda ſint pro diſparagiis maxime in caſu, LL. et obſervantia Imp. hactenus publice indeciſo?*

Magis ardua quaeſtio eſt, a priori totum diſſimilis: *utrum vi Autonomiae gentil. familiae illuſtr. et nobl. liceat pactis gentil. deſignare certos perſonarum ordines, quibuscum inita membrorum ſuorum connubia, habenda ſint pro veris diſparagiis, maxime in caſu, quo LL.*, *et obſervantia Imp. hactenus indeciſum hoc argumentum*

x) Moſer gröſ. Staatsr. T. XIX. S. 353. §. 167.

*mentum reliquere?* Res nota omnibus, LL. Imp. quaenam connubia *de jure* habenda ſint pro diſparagiis, determinantes non exiſtere; —*de praxi*, *obſervantiam Imp.* ut plures edocuere caſus, aeque dubiam, et ambiguae deciſionis eſſe, — praeſidium adcuratae deciſionis hujus quaeſtionis inſuper nec in juribus Germanorum antiquiſſimis, nec in collectionibus eorum medii aevi, ſub ſpeculorum nomine, nec denique in juribus Germaniae receptis, contineri, ratemque ſic in alto mari politico, ſine remige, nauta, acuque circumjactari, portum nuſpiam inventuram. Subit igitur naturali velut dictamine mota quaeſtio: utrum familiis illuſtr. et nobl. defectum hunc deciſionis publicae, privata legislatione ſupplere, certos ordines perſonarum vi Autonomiae deſignare, cumque iis contracta connubia inter ſuos pro diſparagiis declarare, hanc autem legislationem, ſuppletionem, deſignationem et declarationem poſteris ſuis pro lege fundamentali pragmatica Domus, et norma inviolabili praeceptiva praeſcribere liceat? breviter, ſtrictimque ſententiam ſuam, non obſervatis tamen, quae radicitus ſubſunt, politicis argumentis de ea re, exprompſit, J. J. Moſerus *y)* dum inquit: „ übrigens bleibt doch „ auch in Anſehung der notoriſchen Mißheyrathen noch ein dubium „ übrig, nemlich: ſind nur die Matrimonia vi obſervantiae generalis Imp. talia gemeint, nemlich eines Reichsſtandes mit einer „ bürgerlichen Perſon? oder auch die, welche zwar nicht nach beſagten „ allgemeinen Herkommen, wohl aber Kraft eines Familien, oder „ anderen Vertrags ohnſtreitig unerlaubt, und quoad effectus juris „ unkräftig, oder ungleich ſeynd? So lang, bis eine Interpretatio „ authentica erfolgt, halte ich es mit dem letzteren, wann anderſt „ ſolche Verträge ſo beſchaffen ſeyndt, wie wir beſſer unten hören wer„ den, daß ſie ſeyen müßen. „

Equidem *inter ipſos paciſcentes* facile ejusmodi diſpoſitioni familiari virtutem atque obligationem tribuo; quandoquidem vero quaeritur, utrum deciſio ejusmodi particularis etiam *in vim pacti*

---

*y)* Größ. Staatsr. a. a. O. S. 326.

*pacti gentilitii, poſteros aeque adſtringentis*, ſpeciatim ſi clauſula poenali privatoria munita ſit, valere queat? in omnem aliam diſcedo ſententiam; ſemper enim 1) cum injuria et deſpectu alterius ordinis infra ſe, conjuncta eſt ejusmodi declaratio, quam impune ferre nec ordines ſubalterni, nec ipſe Caeſar tenetur. 2) Involatur per eandem in jura plenitudinis poteſtatis Caeſareae, ſpeciatim legislatoriae et judiciariae, cui ſoli haec deciſio competit; involvit quippe affectata deciſio ejusmodi gentilitia privata, dictatorium quoddam judicium ſuper ordine et dignitate claſſium diverſarum membrorum Imp. et civium Germ. inter ſe, quorum ordinem, proedriam, dignitatem, atque adeo jura Imp. politica, ex integro et in ſpecialibus inde dependentia, nonniſi ſolus Imperator germanorum recte determinat z).

Idem judicium formandum, *ſi obſervantia forte ſpecialis alicujus familiae, hactenus uſitata*, pro fundamento hujus legislationis privatae ſubſterni vult; praeterquam enim, quod allegata ejusmodi obſervantia, *illegalis* omnino habenda ſit, adeo, ut nequidem *in poſſeſſorio familiari* ſuper his cauſis proficiat, arroganter etiam praeſumit, ſeſe ſuper *obſervantiam univerſalem* Imp. extollere, quae tamen in his cauſis, in defectu LL. Imp. expreſſarum, *ſola* tantum pro norma agnoſci poteſt. Qua de re probe iterum Millerus c. l. §. 47.: „Höchſt ärgerlich, irregu„lär, ja wohl Staatsgrundgefährlich hat man bisweilen ſogar wahr„nehmen müſſen, daß einzelne Häuſer dasjenige, was unter ihnen „obſervanzmäßig bisher gegolten, in ein pragmatiſches Familiengrund„geſetz verwandlen, daran die Nachkommen feſt verbinden, und da„durch der Kaiſerl. allerhöchſten Entſcheidung in dergl. Dingen vor„greiffen wollen. Partikular Obſervanzen mögen wohl als ein heim=

z) Reſervatum Caeſaris abſolutum, determinandi proedriam ordinum Germ. inter ſe, antiquiſſimis jam temporibus, tum in deciſione connubiorum aequalium vel inaequalium integrorum populorum, v. c. Francorum et Saxonum — tum pluribus Decretis ſpecialibus medii aevi, inter illuſtres latis, ſatis eminet; de quo fuſius alio tempore.

„ heimlicher Vertrag desfalls unter den paciſcirenden Par„teyen ihr precäres Anſehen haben, nur dürfen ſie nie als „Geſetz, als Norm, öffentlich erſcheinen, und was ſollte wohl „daraus werden, wenn jeder Reichsfürſt, die Ehen ſeines Hauſes mit „einer Reichsfreyen von alten Adel, jeder Freyherr die Vermählung „ſeiner Deſcendenten mit einer neugeadelten Perſon ſchlechtweg vor „eine Mißheyrath erklären, und ſich als oberſten Richter auf„werfen wollte? würde das nicht heißen, partikular Obſervan„zen an die Stelle der allgemeinen, nur allein Ziel und Maaß „gebenden deutſchen Reichsobſervanz rücken wollen? wo bliebe „der, den übrigen Staatsklaſſen der Perſonen gebührende Reſpekt? „— ein ſolch affektirter Gedanke, und diktatoriſches „Beſſerdünken, oder Vortringen kann ohne innere Zer„rüttung des perſonellen deutſchen Staatsſyſtems, von „Sr. Kaiſerl. Majeſtät, wenn die Sache zur Sprache „kommen ſollte, wohl nie gebilliget werden, und würde „auſſer der Caſſation ſolcher Hausverträgen noch obenein „fiskaliſche Ahndung verdienen.„

Haec, ille, velut praeſagiendo.

Revera enim altero ſtatim, dum cit. Millerus haec ſcripſerat, anno res evenit, cum Illmus modo regnans *Comes ab Erbach-Erbach*, novae legi primogeniturae, d. d. 25. Jun. 1783. conditae *a*), clauſulam, quam infra damus *b*) adjeciſſet. In confir-

---

*a*) Extat ap. Reuſs deutſch. Staatskanzl. Th. X. S. 87. ſgg.

*b*) Fünftens ꝛc. — „Es ſoll auch denen in einer unſtandesmäßigen Ehe „erzeugten Kindern niemalen geſtattet ſeyn, die Gräfl. Würde und Titel zu „führen, ſondern ſie ſind blos mit einem gewiſſen zu ihren Alimentis noth„wendigen Deputat abzufertigen, und für Edelleute zu halten. So „lange aber nicht durch ein allgemeines Reichsgeſetz entſchieden iſt, was ei„gentlich unter dem hohen Adel für eine unſtandesmäßige Ehe zu halten, oder „nicht? ſo verordnen wir hiemit, daß von unſeren Nachkommen männlichen „Geſchlechts, keiner eine Ehe abſchließen, und eingehen ſoll, die unter der „gräflichen Würde, oder dem Herkommen, und denen bereits vorhandenen „Exempeln

confirmationis enim Caeſar. tabulis, deſuper 28. May 1784. impetratis *c*), expreſſe proviſum: „Als haben wir angeſehen ſolche „des Supplicanten gehorſamſte, und ziemliche Bitte; und darum „mit wohlbedachten Muth, guten Rath, und rechten Wiſſen vor „inſerirte Primogenitur-Conſtitution alles ihres Inhalts, (jedoch „mit Ausſcheidung des 5ten §phi) gnädiglich confirmirt, „beſtättigt ꝛc.„ — Idipſum jam evenerat in pacto gentil. Sermae Domus *Wirtemberg* d. A. 1617. per additam clauſulam: „Haben auch hiemit, als an ſich ſelbſten löblich, fürſt- und „billig, die fernere Verordnung gethan, daß keiner unter ihrer Fürſtl. „Gn. Gn. Gn. Gn. Gn. ſich ohne der anderen Rath, Vorwiſſen, „Willen, und Belieben, zumahl aber nicht auſſer dem Fürſt„lichen Stand, verheyrathen ſoll, noch will.„ — De quo recte adeoque judicat Moſerus *d*): „Ich denke, förderiſt habe man „zu trachten, auf eine ſichere Spur zu kommen; wohin eigentlich die „Intention derer Paciſcenten gegangen ſeye? fände es ſich nun, daß „ſolche wirklich geweſen ſeye, keine andere, als fürſtliche Perſonen zu „heyrathen, ſo ließe ich es als ein *pactum perſonale inter paciſcen„tes* gelten, als welchen frey ſteht, ſich zu verbinden, gar nicht, „oder nicht anderſt, als ſo und ſo, zu heyrathen, favorique pro ſe introducto

„Exempeln des Hauſes nicht gemäß iſt. Wollte daher einer unſerer männ„lichen Nachkommen, und Regierungsnachfolger mit einer, jedoch Ritter„bürtigen und Stiftsmäßigen, folglich durch das Herkommen, und die bereits „vorhandene Exempel des Hauſes legitimirten Dame des niederen Adels ein „Eheverbindniß ſchließen, ſo ſoll er ſolches zu thun nicht befugt ſeyn, ehe und „bevor dieſe vorhabende Ehe von den Agnaten, oder in Anſtandsfall, von „Kaiſerl. Maj. ſelbſten, für eine, dem Herkommen, und den Exempeln des „Hauſes nicht entgegen laufende, mithin ſtandesmäßige Ehe erkannt, und „ſoauch die daraus allenfalls entſprieſende männliche Nachkommenſchaft für „Succeſſionsfähig erklärt worden iſt; damit die delikate Streitigkeiten über „die Erbfolgsfähigkeit derer aus einer ſolchen Ehe erzeugt werdenden männ„lichen Deſcendenten auf immer vermieden bleiben.„

*c*) ap. eund. Reuſs c. l. S. 119. fgg.

*d*) a. a. O. S. 353.

„ introducto zu renuntiiren; als ein Stammvertrag aber könn-
„ te es nicht beſtehen, weil es cum injuria des Grafenſtandes ver-
„ knüpft wäre, nachdem die Ehen zwiſchen Fürſtl. und Gräfl. Perſonen,
„ zu allen Zeiten pro aequalibus gehalten worden ſeynd. „

## §. 16.

### *Examinantur ſcitamenta et regulae Moſerianae, de valore pactor. famil. de hoc argumento diſponentium.*

Parum liberali ſtudio totum hoc de valore pactorum famil. in his cauſis argumentum pertractavit, indeque etiam quaeſtionem: *An agnati pacto inter ſe convenire queant, ut liberi ex inaequali matrimonio nati a ſucceſſione excludantur? ad Domitianas quaerendi rationes* retulit J. A. Hellfeld *e*). Non obſervavit, ut ejus argumenta in breviculo docent, *politicas* difficultates, cum ex cathedra tantum, *juridica* principia tueretur; *quis enim*, inquit, *dubitabit*, *paciſci poſſe de iis*, *quae LL. permittunt?* — At vero petitio haec eſt principii, utrum id LL. publ. ſine diſcrimine illuſtribus permiſerint? — Magis determinata quidem, atque obſervato diſcrimine diſcretiora principia dedit Moſerus *f*); ſed anceps haereo, utrum, quas hodie Caeſar et Imperium, teſtantibus actis et judicatis tuetur, rationibus politicis ex omni parte correſpondeant, omneque juris et praxeos punctum ferant. Sic enim ille: „ Ich, meines Orts den-
„ ke, man müſſe abermalen mit Unterſchied von der Sache reden;
„ und Familienverträge in Anſehung der ungleichen Heyrathen ſeyen
„ erlaubt, 1) wenn ſie über die Fälle, worüber der Kaiſer,
„ und das Reich ſelbſten noch nicht eins ſeyndt, ob, und
„ wie fern ſie zu den Mißheurathen gehören, oder nicht?
„ disponi-

---

*e*) Diſſ. de matrim. inaeq. viror. ill. C. II. §. 44. (in Jurisprud. Her. T. II. p. 61.)

*f*) c. l. S. 351. et ej. famil. Staatsr. Th. II. S. 162. ſqq.

„ disponiren: denn eben deswegen, weil noch zweifelhaft iſt, wie „ man die Sache anzuſehen habe? ſo geſchieht Niemand Tort da= „ durch, wann eines, oder mehrere Häuſer ſich disfalls nach ihrer „ Convenienz vergleichen. „

Liceat mihi contra venerandum hunc, dum vixerat, cordatiſſimum ſenem pauca annotare. Facile in ejus ſententiam concederem, dummodo punctus ille, in quo verſamur, nonniſi momenta *privata*, *abſolute familiaria* concerneret, de quibus diſponendi familiis ill. et nobl. abſoluta atque illimitata facultas competeret; at vero, ſic teſtantibus actis publ. comperimus, rem ipſis illuſtribus adeo momentoſam viſam eſſe, ut nonniſi *deciſione Caeſarea* expediri eandem poſſe, publice agnoverint; ecquis vero rerum publ. arbiter judicaverit, defectum hunc deciſionis caeſ. ſuppleri poſſe a ſingulis privatis familiis in tantum, ut et aliae familiae inferioris ordinis, quarum conſortia connubialia ejusmodi pactis gentil. pro inaequalibus reputantur, ejusmodi privatae deciſioni adquieſcere, eamque legis publicae inſtar habere teneantur? res ex conceptu ſyſtematis legislatorii germ. admodum irregularis et exorbitans! ſin Moſerus per verba: nach ihrer Convenienz vergleichen, nonniſi effectum *pacti inter paciſcentes* intelligit, quem operari ejusmodi pacta gentil. debeant, facilius in ejus caſtra tranſierim; — effectum autem veri *pacti gentilitii*, poſteros familiae ſine diſcrimine omnes, quin adeo exſortes familiae cujuscunque ſtatus, gradus, ordinis et praerogativae obligantis, ejusmodi privatae deciſioni et legislationi nullatenus tribuere queo; de eo enim, quod Moſerus ait: es geſchieht Niemand Tort dadurch, hic nulla quaeſtio; — ſed de illo, utrum poſteris de familia, extraneisque in locum deciſionis Caeſareae deficientis, ejusmodi deciſio privata familiaris, *Legis inſtar* obtrudi queat? quod quidem *ductu analogiae jur. publ.* nego, ac pernego. Penſatis etiam iis, quae acta publ. hactenus comprobarunt, parſuaſiſſimus ſum inhaeſurum fore celſ. Conſilium Imp. Aul. principiis ſuis, ejusmodi diſpoſitionibus forte ad confirmationem Caeſ. oblatis, omne praeſidium denegando, paſſumque a confirmatione excludendo, idque de jure; affectat enim hujusmodi gentilia proviſio, deciſionem quandam

publicam, quae Imperii nomine nonniſi Caeſari delata eſt, cum nec ex argumentis juris abſolutis, nec analogicis doceri queat, familias miſſas eſſe in poſſeſſionem, ea, quae nonniſi capiti Imp. demandata ſunt ad dirimendum, in vim legis privatim decidendi.

Subjungit ille: „ 2) Halte ich davor, wann in vorigen „ Zeiten, da noch nicht durch ein rechtskräftiges Herkom„ men ausgemacht ware, daß die Ehe eines Fürſten oder „ Grafens mit einer alten von Adel juridice Standes„ mäßig ſeye, Familienverträge gemacht worden ſeyndt, „ wodurch man dergleichen Ehen für unſtandesmäßig, und „ die Kinder für unſucceſſionsfähig erklärt hat, ſo müße „ es dabey bleiben; weil die Pacta damals, als Sie errichtet „ wurden, eingegangen werden konnten, und gültig waren; Rechts„ kräftige Pacta aber können nicht wider Willen deren Intereſſenten „ aufgehoben werden, und das beſagte Reichsherkommen geht nur auf „ Caſus, wo keine ſolche Pacta vorhanden waren, kann alſo auch „ nicht über das erſtreckt werden, was hergebracht iſt; maßen in die„ ſem Herbringen die ganze rechtliche Force des Herkommens beſteht. „

Plus igitur valent b. Moſero pacta antiqua, tempore, quo obſervantia clara non extiterat, condita, quam haec ipſa obſervantia Imp. recentiori aevo ad certum quoddam compoſita. At vero memini, obſervantiam Imperii in his quoque cauſis *vim legis Imp. tacitae* habere, atque ſic ultimato quaeri: *utrum lex Imp. pragmatica nuper condita, tollat etiam pacta illa ſpecialia, contra illam condita, et quidem ideo condita, quoniam certum regulativum Imp. de ea re hactenus non extiterat?* et perſuaſiſſimus ſum Regulae: pacta ejusmodi ante condita, ſi poſt modum lex Imp. generalis pragmatica, aut quod idem eſt, obſervantia certa ſtabilem normam praeſcripſit, valere quidem poſſe adhuc *qua pactum inter paciſcentes*, quatenus pacto privato etiam legibus extantibus derogari poteſt; non vero amplius allegari, aut juxta ea decidi poſſe, *qua pactum gentilitium*, quoniam ex lege ſive obſervantia nova et clara Imp. poſteris, extraneisque jus quaeſitum eſt, in cujus praejudicium ea pacta allegari non debent, quae tantum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-678534-p0070-2

tum ceu *proviſoriae normae* in caſum normativi generalis deficientis concepta fuerant; revera enim pacta ejusmodi antiqua, de quibus Moſerus loquitur, in habitu ad nunc determinatam rem ipſam, nonniſi pro *proviſorio familiae legali*, (eine proviſoriſche Familiengeſetzgebung) in ſenſu jur. publ. haberi poſſunt, amittuntque protinus ſuperveniente ſtabili Imp. regulativo, omnem legis vigorem et efficaciam. Quo ipſo caetera Moſeri argumenta, et potiſſimum illud etiam: Das beſagte Reichsherkommen geht nur auf Caſus, wo keine ſolche Pacta vorhanden waren ꝛc. Sponte ſua corruunt; reſtrictio enim iſta indoli obligatoriae obſervantiae e diametro repugnat.

Idem etiam de altero caſu dicendum, de quo pergit: „Gleiche „Bewandnis hat es dann auch mit denen Fällen, welche „jetzo noch zweifelhaft ſeyndt, wann wehrender Zeit, da „Sie zweifelhaft ſeynd, Familienverträge darüber er„richtet werden, und nachher durch ein Herkommen ein „anderes eingeführet würde. Dann obgleich ein allge„meines Herkommen vim legis univerſalis hat, ſo „würden doch dergleichen Pacta ſich dagegen gleichſam „wie Privilegia oder Diſpenſationes verhalten.„ Sed ohe! ex quo fonte pactis ejusmodi contra exiſtentem ſtabilem obſervantiam Imp., licet poſtea demum enatam, qualitatem *privilegii* vel *diſpenſationis* adfingere vult Moſerus? male haec cum theoria pactorum ejusmodi cohaerent, et pejus cum Autonomia familiari gentilitia, ad legislationem publ. Imp. relata. Potius pacta ejusmodi, ante ſubſecutam ſtabilitatem obſervantiae hodienum in cauſis dubiis condenda, in relatione legislationis pragmaticae Imp. *publicae nonniſi ceu normae ſubſidiariae et proviſoriae* haberi attendique poſſunt, quae ipſo jure auctoritatem ſuam per poſtea ſtabilitum certum Imp. regulativum, (*expreſſum* illud ſit, *tacitumve*, nil refert) protinus amittunt.

## §. 17.

### *Continuatio.*

Aſſentientes vero nos habet ex omni parte, quando inquit: „Hingegen glaube ich auch 3) wann nunmehr, da „ein Rechtskräftiges Herkommen vorhanden iſt, daß „die Ehe eines Fürſten mit einer von Adel quoad „effectus juris gleich ſeye, das Gegentheil durch „einen Partikular=Familienvertrag etablirt werden „wollte, ſolcher dißfalls nichtig ſeyn würde; ꝛc.„ recte omnino; omnium enim pactorum id commune eſt, *ut ne vergant in praejudicium juris quaeſiti alicujus tertii;* jam vero indubie nobilitas inferior avita ex antedicta obſervantia jus quaeſitum pro ſe habet, ex quo principes nobileſque perſonae, ſine offendiculo aut ſcandalo Imperii connubiis ſemet jungere libere poſſunt, quod jus illi adeoque facto pactove tertii interverti nequit. Aliud omnino dicendum, ſin forte Caeſar et Imperium deſuper novam legem pragmat. condere, eaque obſervantiam Imp. hactenus pro lege acceptam abrogare vellent; quod eis omnino licet; ſubjungimus priori et alteram exempli ſpeciem, ſi in proſapia quadam electorali vel principali nuptiae cum perſonis dignitatis comitivae interdici vellent; aeque parum enim contra dictam obſervantiam Imp. nuptias ejusmodi probantem, pacta ejusmodi de jure ſubſiſtere poſſent. Ulterius inquit: „4) Wenn durch einen Familienvertrag die unſtreitig notoriſche Mißheyrathen „als gleich, und die Kinder daraus als ſucceſſionsfähig erklärt werden wollten, würde es widerum nicht „gelten.„ — Pactum ejusmodi, inter innumera propemodum, quae manu volutavimus, nuſpiam nobis obvenit; quodſi tamen obveniret, Moſeri ſententiae ſubſcribere nullatenus dubitarem; legi enim Imp. fundamentali tam parum per pactum particulare derogari poteſt, quam parum v. v. liberi, per ejusmodi legem a dignitate et ſucceſſione paterna publice excluſi, privato pacto ad eandem habiles effici poſſunt; unicum duntaxat, (quem tamen ſtante deli-

delicata illa de his cauſis procerum noſtrorum ſentiendi ratione, hodie vix dabilem credimus) caſum excipimus: *ſi Imperator, verique ſucceſſores conſentire vellent;* foret enim haec ſpecies aliqua diſpenſationis et exceptionis a Regula Legis Imp. univerſalis, quam caeſar indulgere Sine obtrectatione aliarum familiarum, hoc caſu, obſervatis tamen obſervandis, poſſet.

Denique concludit 5) „ Wenn durch einen Familienver„ trag wollte feſtgeſetzt werden, daß die aus einer un„ gleichen Ehe erzeugte Kinder mit einem gewißen Stand „ zufrieden ſeyn, und in keinen höheren erhebt werden „ ſollen, ſo kann zwar der Kaiſer wohl das pactum „ confirmiren, wann er will, aber ſchuldig iſt er es „ nicht. „ — veriſſime iterum. Capitulatio enim caeſarea caeſari intuitu ejusmodi Evectionum ad altiores dignitates, manus quoad ejusmodi liberos in tantum duntaxat ſtringit, ſiquando forte hiſce patriam dignitatem, nomen, clypeum, honores, titulos, aliaque perſonalia gentilitia tribuere, eosque hac ſubvectione in ſublimiorem ordinem ſimul ad ſucceſſionem habilitare vellet; abſtrahendo autem ab his duobus punctis, libera de caetero caeſari agendi facultas eſt, eique reſervatum hoc, citra voluntatem ſuam pactis privatis limitari nequit.

Conſignabimus hanc theoriam, quae *illuſtres* abſciſſe, ſolosque fere tangit, obſervatione memoranda, quam protulit Millerus c. l. §. 84. S. 109. „ Man muß übrigens der Delicateſſe und „ Senſibilitaet des hohen Adels bey uns, in dieſen Stücken vieles „ zu gut halten, und nicht eben glauben, daß es dabey überall die „ Meynung habe, den niedern Adel klein, und verächtlich zu machen; „ ein ſo enges Band, wie die Ehen ſind, und die bey ſolchen Heyra„ then unſerer hohen Häuſer meiſtens mit inzwiſchen lauffenden Staats„ abſichten mögen wohl die meiſten Triebfedern geweſen ſeyn, die Ver„ bindungen mit einer auch ſonſt noch ſo ſehr geſchätzten Klaſſe von Per„ ſonen zu verbieten, blos weil dieſe nicht die gehörige Mittel, und „ Kräfte beyſammen haben, jene große, freilich oft ſehr weit in den Tag „ hinein ſpekulirte Staatsmaximen in Realität zu ſetzen. Wenn nun

„ aber

„ aber dies der niedere Adel an ſich ziehen, und ad Exemplum neh=
„ men, ſo fort eben auch ſo mit denen untergeordneten Adelsklaſſen ver=
„ fahren wollte, ſo würde das Medium imitationis überall fehlen; man
„ müßte in allen Landen Ehetarifen, und politiſche Sündenregiſter hal=
„ ten, und dem Bürger von Stande, der das Bauermädchen zur Frau
„ macht, auch noch vollends unter die Familienſchänderiſche Verbrecher
„ zählen. „

## §. 18.

### *Diſpicitur de Nobilitate inferiori, ejusque pactis gentil. in hoc argumento.*

Graviſsimis vero difficultatibus laborat hoc argumentum intuitu N*obilitatis inferioris*, quum a) obſervantia illa Imp. quae inter illuſtres hodienum maximam partem lites reſecat, aptaeque deciſionis frugem ſat commodam praebet, inter nobiles inferioris ordinis admodum *vaga*, *indeterminata*, et *ancipitis moduli* ſit, — quum b) inſuper hic ordo nobilium in varios gradus ſubdividatur, inter quos partium ſtudia vehementer agitantur; odia et ſimultates gliſcunt, Iura c) caeſaris, et ſententiae ejus publicae, cum intereſſe familiarum privato non convenire conſpiciantur, atque, ut paucis, *ambiguis diſceptationibus in hoc argumento omnia ab Imperio relicta velut ſtudio eſſe*, *adpareat.*

Obſervantia enim illa, inter hos nobiles hactenus non determinavit, quaenam connubia cum pleno effectu habenda ſint *pro juridice inaequalibus*; (*politica* enim, *oeconomica*, *et moralia principia* judex curare non poteſt;) in ſpecie, utrum avitae nobilitatis connubia 1) cum perſonis neoadeptae nobilitatis — 2) cum perſonis civicae originis, *quae tamen egregiis perſonis adnumerantur*, *magnisque nonnunquam reipubl. muneribus adhibentur* — 3) cum perſonis civicis, *indolis honeſtiſſimae probatiſſimaeque*, *quas ad plebem*, *faecemque populi ſine injuria non retuleris*, — juris cenſura habenda ſint pro inaequalibus? — Neque antiqua illa inſtituta

*poli-*

*politica g)*, quibus uſa olim haec nobilitas, ad ſegregandas ex ſuo medio civici ordinis, vel neoadquiſitae nobilitatis homines, ad juris Regulam inde capeſſendam pro principio adoptari poſſunt, cum ſatis omnibus conſtet, multa, non infimi ponderis eſſe argumenta, quae ex parte juris et juſtitiae obmoveri eis queant, et multoties obmota, in ſupremo conſil. imp. aul. plauſum et adſenſum themidos germanicae reportarunt. Lubricum hoc thema igitur, teſte, qui hic praevalet, ſtylo forenſi, alio omnino, multumque ſibi diſſimili oculo a *caeſare, qua fonte omnis Nobilitatis*, alio *a Nobilibus ipſis* diſpicitur; opponunt hi intereſſe privatum gentilitium, Decorem, quisquilias et ſordes novorum hominum et civium; contravindicat caeſar *reſervatum creandi nobiles, determinandi proedriam, modumque, quo adquiſita nobilitas per Imperium conſervetur,*

g) Quorſum refero *Torneamenta; aſſumtionem cinguli, ſodalitates et conventus nobb. ex condicto celebratos, atque inſtitutos, hisque ſuperſtructas Matriculas perſonales; celebratum etiam de ſeptem clypeis militaribus*, quibus cives non continebantur, *politeuma* etc. de *torneamentis* enim conſtat, nobiles, qui civica connubia ambierant, lubenter olim ad ea admiſſos, poſtea odio erga civitates effoto excluſos, denique vero readmiſſos eſſe. *Cingulo* decoratos eſſe civici ordinis plures, quin oblatum modeſte adeo alios recuſaſſe, aeque certum. Demum, quid haec ad totam diſputationem? res dudum obſoleta, nec poſt tot temporum viciſſitudines, et interim factas in ordinibus nobilium mutationes, hodienum pro baſi inconvulſae obſervantiae, huicque ſuperſtruendae adcuratae deciſionis poni poteſt. Revera, ſi civici ordinis connubia nobilitas olim adeo averſata fuit, ut perhiberi ſolet, eccur tamen haec ipſa tam avide ea expetiit! eccur multae civitates *privilegiis* adeo *caeſareis* proſpicere ſibi debuere, ne nobiles curiae in ſolennitate intradae caeſ. puellas civicas opulentiores ſibi uxores ducant, ceu *Francofurtum* ex privileg. Henrici VII. 1232. *Fridberga*, ex privileg. Richardi 1257. *Hagenovia* ex priv. ej. Richardi 1257. *Wezlaria*, ex priv. ap. de Gudenus, Syll. varior. Dipl. p. 473. aliaeque Imperii civitates, recenſitae ap. Schwarz de privileg. Henrici VII. ap. Klumpf. diſſ. de privileg. Henrici VII. civibus Francofurtanis dato, de filiabus libere elocandis, — ap. Schoepflin, alſat. Diplom. ap. Ioachim, Samml. verm. Anmerk. ap. Gatzert, pr. ſpec. aliosque obtinuere! jung. ill. de Selchow, diſſ. de jurib. Ingenuor. p. 149. (in ej. Exercit. n. 6.)

*tur, propagetur*, *adeoque et normam ſententiamque dictat*, *imo ſolus dictare poteſt*, *quaenam*, *finis hujus adſequendi cauſa inita nobilitatis avitae connubia cum aliis ſequioris ordinis perſonis pro vere et juridice inaequalibus per Imperium habenda ſint*, *nec ne?* Lex Imp. pragmatica univerſalis hac de re non extat. Capitulationis caeſ. Art. XXII. §. 4. Interpretationis caeſareae adhuc indigus. Obſervantia per imperium concordans univerſalis *inter hos nobiles* deficit. Reſtat igitur, ut *ſtylum forenſem*, quo *judicialis* dictae capitulationis caeſ. *Interpretatio* ſiſtitur, excutiamus. Comprobatur hic per noviſſima judicata, et concluſa ſupr. jud. Imp. aul. quibus teſtatiſſime evincitur, nullum aliud *reſpectu avitae nobilitatis inferioris germ.* connubium pro *juridice* inaequali, et *vero disparagio* habendum eſſe, niſi quod *inter nobilem avitae proſapiae*, *et plebejam*, *utramque tam ruſtici*, *quam civici inferioris ordinis*, *contractum eſt h)*; adeoque revera connubia cum perſonis originis civicae *non indiſtincte*, ſed ea tantum, quae cum *inferioris ſortis* hominibus, puta *opificibus*, *cauponariis*, *circum foraneis mercatoribus exiguis*

e. i.

---

*h)* Hoc pacto reſcripſit celſ. conſil. Imp. aul. Ven. 25. Nov. 1785. in cauſa v. Creilsheim, contra von Creilsheim. Magis determinatim autem dd. 19. Octobr. 1786. in cauſa zur Lippe Biſterfeldt, und Biſterfeldt Weiſenfeldt, gräfl. Agnaten, contra den Grafen Ludewig Heinrich zur Lippe Biſterfeldt, reſcr. deßen Mißheyrathung betreffend in verb. „Da nun dieſe Klagſache alſo beſchaffen iſt, daß wir dem klagenden Theile die gebetene Hilfe „Rechtens um ſo weniger verſagen können, als die mit einer *perſona plebeja* „eingegangene Ehe eine notoriſche Mißheyrath iſt, mithin der §phus quartus tituli vigeſimi ſecundi unſrer Kaiſerl. Wahlkapitulation hier eintritt, „ſo befehlen Wir dir hiemit gnädigſt, daß du bey deiner eingegangenen unſtrittig notoriſchen Mißheyrath, weder deinem gemeinen bürgerlichen Eheweibe Chriſtina Eliſabetha Kellnerin, noch deinem mit ihr bereits erzeugten „Sohne, oder weiters erzeugenden Kindern, zu offenbarer Verkleinerung des „uralten Reichsſtändig gräflichen Hauſes zur Lippe, deinen Geſchlechtstitel, „Nahmen, Ehren, und Wappen nicht ſelbſt beilegeſt, noch auch von andern „beilegen, ſondern Angeſichts deßen, deinem bereits erzeugten Sohn, Ernſt „Heinrich, ſo rechtswidrig zugeeigneten Nahmen, Graf zur Lippe im Taufbuche wieder ausſtreichen läſſeſt, und dich derlei unfertiger Anmaßungen bei „ſchwerer Strafe für die Zukunft enthalteſt.“

e. i. p. contracta ſunt, in cenſum imparis matrimonii venire i); quid enim? num v. g. perſonae egregiae, arduis ſaepe, atque excellentibus reipubl. muniis admoti, in numerum *vilium perſonarum* (ſchlechte Leuthe), a quorum connubiis abſtinere ſuos jubent die Ritterordnungen, Privilegien, Conventsſchlüſſe et i. p. referendi? numne

---

i) Nec alia mens ipſis, in tribus circulis reſidentibus nobilibus Imp. immediatis fuerat, ut adparet ſigillatim ex ordinatt. Equeſtr. Ita enim v. c. franconica inquit: „ daß obige Geſetze und Gewohnheiten von Verheyrathung mit eines gemeinen Handwerksmann, offenen Gaſtgebers, Wein- oder Bierſchenkers, Gewandſchneiders, oder eigenen Leuthen Töchtern erwähntermaßen zu halten. „ Cfr. Kreſſ. tr. de privil. agriculturae ap. germanos. C. II. §. 8. not. *** Burgermeiſter, Theſ. Equeſtr. P. I. p. 112. cui adſtipulatur Moſerus c. l. p. 362. in verb. „ das Suppoſitum, als wenn ein Edelmann mit einer bürgerlichen Perſon edle Kinder zeuge, iſt 1) nicht ſimpliciter wahr, ſondern nur alsdann, wenn Sie nicht ex faece plebis iſt ꝛc. „ et mox: „ Weil aber die Ehe eines Edelmannes mit einer Perſon bürgerlichen Standes, jedoch honoratioris conditionis juridice pro aequali gehalten wird, ſo weiß ich nicht ꝛc. „

Et Ludolf tr. de jure faem. ill. P. I. S. I. §. 10. inquit: „Porro opus erit collatione dignitatis nova, a ſuperiore impetranda, ſi nobilis *plebejam* ſibi jungat matrimonio. Hujus enim adhuc dignitas civilis nulla. Matrimonium eſſe modum eam adquirendi, noſtris moribus non probatur. *Plebejam exiſtima, quae Parentibus ad dignitates reipubl. a principe evectis nata non fuit. Nam quibus officium contigit publicum a principe, eos in plebejorum ordine conditioneque non habendos, omnem etiam nobilitatem ab origine et ſua natura officiis reip. cohaerere, atque ad liberos transmitti, probatum dedit ſolidis rationibus ill. Coccejus, diſſ. de poteſt. Statuum Imp. circa dignitates.* C. II. §. 19. „ Quod, ne a nobis perperam dictum videatur, notandum, ipſam inprimis nobilitatem Imp. immed. haec principia ſuſtinuiſſe. Sane Ao. 1650. in conventu 5 pagorum circuli Suev. per receſſum, (fünf Orts Conventsreceß) concluſerat: „ daß wegen den ungleichen Heyrathen, da eine adeliche Tochter ſich gar mit Dienern, Handwerksleuthen, und mit Bauern, adeoque cum indignis ac infimae ſortis hominibus einläſſet, wie mit der Exheredation, und Excluſion von den Erbſchafften ſicherlich zu verfahren ſey. — Huic vero „ prin-

ne dignitas officialium, quos intimo ſenſu ſuo Reges, principesque non dedignari ſolent, adeo abjecta, ut inter filiam ejus, nobilemque, qui praeter aviti ſanguinis jura, multoties in promptu meritorum nil habet, contractum connubium pro abominabili familiae macula, et ſpurio vitulamine corporis nobilium etc. publice judicari

---

„ principio totum corpus equeſtre nobilit. immed. non acceſſit, ſed
„ potius in diaeta correſp. (Correſpondenztag) m. Sept. 1721. habita de-
„ claravit: daß die in Vorſchlag gebrachte Excluſion der mißheyrathenden
„ Töchter von Reichung der Heyrathgüter, und ledigen Anfälle, der Urſache
„ vor impracticable anzuſehen ſey, weil eines Theils auf obriſtrichterlicher
„ Determination noch beruhe, welche Perſonen pro vilibus zu achten;
„ anderen Theils aber in der ſtatuentium Mächten und
„ freyen Diſpoſition nicht wohl beruhen würde, auch ex-
„ ſtincto ſtemmate, et ceſſante favore renuntiationis
„ das denen mißheurathenden Töchtern ex aequo zu-
„ kommende jus Succedendi zu benehmen, und nach Er-
„ löſchung des Mannsſtammes ſogar heredes extraneos
„ denen nächſten Geblütserben zu präferiren. — ad quem
„ locum probe notat Auct. (Huch.) der Abhandl. von den rechtl. Wir-
„ kungen ungleicher Ehen adelicher Frauenzimmer. §. 13. (ap. Mader, R.
„ Ritterſch. Magaz. Th. IX. S. 28.) Hieraus ergiebt ſich, daß die Reichs-
„ ritterſchaft dafür gehalten habe, daß es ihr nicht zukomme zu beſtimmen,
„ welche Perſonen pro vilibus zu achten, ſondern ſolches vielmehr von Kaiſ.
„ Entſcheidung abhange, mithin es bedenklich ſeye, denen ſich unſtandesmäßig
„ verheyrathenden Töchtern ihr Heyrathsgut unter dem Vorwande, als ob die
„ bürgerlichen Perſonen, mit denen ſie ſich verheyrathen, pro vilibus zu ach-
„ ten wären, zu entziehen; allein, diſſeits glaubt man allerdings, daß in dem
„ V. Orts Receß de A. 1650. ſehr genau und richtig angegeben worden, wel-
„ che Perſonen pro vilibus zu achten, oder nicht! in dem ſolches von Be-
„ dienten, Handwerksleuthen, und Bauern, worunter auch Leibeigene ſeyn kön-
„ nen, geſagt wird; deren Stand allerdings in Abſicht auf den adelichen
„ Stand, ungemein niedrig und gering iſt ꝛc. Adhuc latius, ac forte ni-
„ mium late, progreditur L. B. de Cramer Wezl. Nebenſt. Th.
„ LXVIII. S. 67. dum inquit: Jedoch mag auch nicht einmal ſolcher un-
„ gleichen Heyrath wegen — jemand beſtraft, oder an dem, was ihm vom
„ Vater und Mutter gebühret, verkürzt werden; wovon ſogar auch derjenige
„ Fall nicht ausgenommen zu ſeyn ſcheinet, da ein Cavalier cum vili et tur-
„ pi perſona ſich ungebührlich verheyrathet; anerwogen derſelbe Beſag un-
„ mittelbarer fränkiſcher Ritterſchaft Privilegien, T. II. in fin. ſich dadurch
„ nur adelicher Freiheiten, und Geſellſchaften unwürdig und verluſtig machet;
„ gleichwohl jedoch auch hiebey determinatio vilis perſonae Kaiſerl. Maj.
„ allein

cari debeat? adeone majorem ſubjecti dignitatem ad *conſervandam* nobilitatem requiri ſtatues, quam revera exigit Imperator ad eam *neoconferendam?* at vero civici ordinis homines, meritis in Patriam graves nobilitate condecorari quotidie quem fugit?

Atque ſic de pactis gentil. ejusmodi, quibus connubia membrorum ſuorum cum perſonis non avitae proſapiae diſerte pro disparagiis, liberique ex eis nati pro ſucceſſionis in fideicommiſſa avita, tam allodialia, quam feudalia, incapacibus et familiae exſortibus declarari nonnunquam ſolent, de jure et praxi juſtum facile judicium reddi poteſt. Quandoquidem enim eum ſenſum, quem judicando Auguſtiſſimus Caeſar multoties, et noviſſime adhuc expreſſit, egrediuntur, ſcil. extendendo interdicta ſua gentil. ultra *plebejas*, i. e. ruſtici, et *inferioris* civici ordinis perſonas, nullum omnino huic capiti juris valorem ineſſe, jam olim ſolidiſſimis argumentis evicit perill. a Ludolf *k*). Obſervantia enim Imp. generalis, ex qua hujusmodi connubia nobilium cum *perſonis civicae originis excellentioribus* improbarentur, juxta deducta edoceri non poteſt;

---

„ allein vorbehalten bleibt, nicht aber ſolche dem Corpori der Ritterſchaft,
„ und noch weniger einer einzigen Familie, am wenigſten aber nur etlichen
„ Perſonen aus einer Familie, ſo dabey beſonderes Intereſſe haben können,
„ zuſtehet und gebühret. „ — Cui jung. Jo. Wilh. Hoffmann, obſerv. ſel. quae ad jus fori ſpectant. Obſerv. 14. E. Chr. Weſtphal. Abhandl. von dem Adel — und den ungleichen Ehen zwiſchen dem hohen u. niedr. Adel, oder dem Adel und bürgerlichen Perſonen, beſonders der Ehe eines unmittelbaren Ritters, mit einer angeſehenen und wohlhabenden Pächterstochter, (in ejusd. deutſch. u. R. Stånd. Privatr. Th. 1. St. 42. S. 470.) §. 15. ſqq. Anon. tr. Entwickelung des Begriffes unſtandesmäßiger Ehen, §. 59. (ed. 1781.)

*k*) Tr. de jurib. faemin. ill. P. I. §. 12. leviſſimis vero telis haec impugnavit, parumque bonae frugis pro vindicandis ejusmodi nobilium pactis excluſivis et privatoriis in rem contulit H. Sondinger, diſſ. de nobili immediato, cum perſona ruſtica nuptias contrahente, nobilitate ſua, et feudis ante jam habitis, ſecundum jura germ. in perpet. privato. Bamberg. 1744. C. III. §. 10. not. (exſtat et ap. Mader R. Ritterſch. Magaz. Th. II. S. 500.)

poteſt; obſervantiae vero familiarum *ſpeciales* in ejus locum ſubrogari non poſſunt, cum liquido conſtet, quando cum ejus allegatione confirmatio Caeſ. ſuper ejusmodi tabb. gentil. petita fuit, paſſus ejusmodi *ſpecifice* et *ſemper* a confirmatione exceptos eſſe, adeoque praetenſam ejusmodi obſervantiam, ſi non *reprobatam expreſſe*, nunquam tamen agnitam *fuiſſe ab Imperio*; id quod infra (§. 22.) cum de figmento et fabula exiſtentis alicujus deſuper inter nobiles obſervantiae legalis verba facturi ſumus, clarius eluceſcet.

## §. 19.

### *Id quod magis dilucidatur, et objectiones removentur.*

Igitur ex *duplici* capite pacta ejusmodi gentil. nobilium, quibus connubia ordinis ſui, cum *discretis*, *probatiſſimisque*, *civicae licet originis*, *hominibus* pro Diſparagiis reputantur, effectu, jurisque vigore, deſtituuntur, quoniam 1) imaginaria illa inaequalitas ſtatus inter ipſas perſonas revera exulat. 2) Ejusmodi diſpoſitionibus in jura caeſaris reſervata, llatoria, et judiciaria circa determinationem politici hujus argumenti involatur, jusque deciſionis caeſ. privativae, arbitrariis illis, nuspiam de jure fundatis praeceptis gentil. velut praeripitur, ac praeoccupatur. Quodſi igitur tabulas confirmationum caeſar. conferas, continuo animadvertes, hactenus omnibus pactis gentil. quibus diſpoſitiones ejusmodi in praejudicium, opprobrium, et vilipendium ordinis civici discretioris inſertae ſunt, quoad ejusmodi paſſus confirmationem vel denegatam eſſe, vel eas prorſus caſſatas fuiſſe, aut denique, ut noviori ſaeculo politice fieri ſolet, nonniſi cum clauſula petitam confirmationem indulgeri: „ daß bey ſich etwan künftig begebenden Vor„ fällen Kaiſerl. Maj. auf der nächſten Befreunden erforderten Bericht „ ſich hierüber die allerhöchſte Entſcheidung vorbehielten; „ quo ipſo luculenter indigitatur, caeſarem non ferre, ut gentilitios in his rebus judices agant nomothetae illi nobiles. Idque de jure.

Varia

Varia huic obmoventur, graviſſimumque fere, quod pro tuenda in his rebus nobilium Autonomia irreſtricta ſuppetit, argumentum 1) hoc eſt: licet *Dominis territorialibus*, licet *Dominis directis*, licet *Dominis curiae*, (Hofherrn) ut olim licuit, indiscreta nobilium, vaſallorum, miniſterialium ſuorum connubia certo perſonarum ordini alligare; eccur non idem et genti nobili liceat? 2) Extat amodo ex parte nobilium obſervantia quaedam generalis, civici ordinis perſonas, cujuscunque de caetero ſtatus, conditionis, s. proedriae, a connubiis aequalibus arcens, eaque ſuffulta pluribus judicatis ſupremor. Impl. tribb. 3) His clauſulis excluſivis nil aliud intenditur, niſi conſervatio ejus, quod dudum pro more, jureque inter nobb. viguit. 4) Iisdem non intenditur primario vilipendium ordinis civici; a foederibus enim, conventibus, amicitiis, aliisque vinculis in vita humana citra injuriam multos excludi vides; quidni et ab arctiſſimo connubii vinculo? etc.

Exaggerat multis, ut ſolet, verborum fucis, prius argumentum cit. Auctor der Reflexionen ꝛc. p. 9. ſeqq. dum inquit: „Woraus offenbar folget, daß, gleichwie nach ſolcher wohlgegründeten Regel ein Landesherr die ſonſt vermöge obbemeldter natürlicher Freyheit, allen und jeden privatis erlaubte und zukommende facultatem venandi, piscandi, etc. mit allem Fug denen Unterthanen benehmen, und wegen verſchiedener trifftigen Urſachen ſeinen regalibus beyzählen, und den ferneren Gebrauch ſolcher Freyheit durch ſcharfe Geſetze verbiethen kann, ſelbiger gleichfalls berechtiget, denen Unterthanen gewiſſe Verordnungen circa connubiorum materiam vorzuſchreiben, und e. g. ratione nobilium dieſe Conſtitution ergehen zu laſſen: daß, wann hinführo ſich ein oder anderer im Lande angeſeſſener Edelmann mit Perſonen bürgerlichen Standes in Eheverbündniß würklich einlaſſen würde, die aus ſolcher Ehe etwa erzeugte Kinder zur Lehensfolge nicht admittiret, ſondern gänzlich ausgeſchloſſen werden. ꝛc.„— Ex quo infert: „da nun wie bisher erwieſen worden, die natürliche Freyheit in Heurathsſachen von Regenten, und Landesherrn vi poteſtatis llatoriae (addere debuiſſet: non ordinariae, ſed plenitudinis poteſtatis) gar füglich auf gewiſſe terminos, ſo nicht

„ nicht leicht zu überſchreiten, kann reducirt werden, ſo iſt nicht min-
„ der mit leichter Mühe zu ermeſſen, daß es allerdings etwas gültiges,
„ und rechtsbeſtändiges, wenn Fürſtl. (und adeliche) Häuſer aus höchſt
„ wichtigen Urſachen, und beſondern Motiven, durch diesfalls ſolenni-
„ ter eingegangene Conventionen, auf gleiche Weiſe libertatem natu-
„ ralem circa Matrimonia einſchränken, und die ihnen anklebende Ho-
„ heit und Würde dergeſtallt zu conſerviren trachten, daß ꝛc. „ —

At vero, non negamus, poſſe nobiles, Exemplo illuſtrium *matrimonia inaequalia in genere* interdicere; ſed haec eſt quaeſtio: *utrum iisdem liceat pactis gentil. deſignare certas perſonarum claſſes, quibuscum connubia contracta habenda ſint pro juridice inaequalibus, maxime ſi nec lles Imp. nec ſtylus forenſis, nec obſervantia pro hac exclusione pugnant!* quod oppido negamus. Neque recte concluditur a poteſtate llatoria territoriali, ad arbitrium et facultatem domeſticam privatam. Quidquid in his rebus ordinando agit Dominus territ. agit *ex plenitudine poteſtatis territ.* als Landesherr, Lehnherr, Hofherr ꝛc. adeoque, quatenus fines, jura, et emolumenta bonorum ſuorum, diſtrictus et territorii ſui ſeſe extendunt, de his rebus libere praecipit, ordinesque deſignat, quibuscum legitima exiſtere connubia poſſint, debeantque; poteſt enim *diſtinctionem quandam territorialem civium et ordinum ſuorum territ. ſtatuere*, attamen inter fines diſtrictus ſui duntaxat valituram; econtra illuſtri, vel nobili, id ipſum pactis gentil. efficere non datur, cum conſtet a) eosdem in his cauſis nonniſi *ceu privatos* habendos, b) involvere ejusmodi praecepta diſtinctionem quandam generalem civium Imperii, (eine Hauptdiſtinction, ſo ſich über alle Reichsbürger insgeſammt erſtreckt,) quam ſibimet arrogare illuſtris vel nobilis fruſtra praeſumpſerit.

2) *Obſervantiam* quandam *generalem cujuscunque ſtatus* perſonas civicae originis, ab aequalibus nobilium conjugiis arcentem exiſtere, fruſtra contenditur; ad eam enim ſtabiliendam, non attenditur illud, quid *privatim* factum, ſed quid *publice ab Imperio agnitum, ratumque habitum ſit*? probari autem neutiquam poteſt, ejusmodi connubia nobilium *cum perſonis originis civicae, non plebejis,*

pro diſparagiis fuiſſe declarata, teſtanturque judicata conſ. Imp. aul. in omnibus iis cauſis, in quibus illa pro diſparagiis declarata, *perſonas civicas infimae claſſis*, i. e. *plebejas* in thori ſocias adſcitas fuiſſe; adeoque praetenſa illa obſervantia neutiquam ex unilateraliter conditis ejusmodi pactis gentil. nec ex ſolo facto, quod omnes fere familiae hactenus ab his connubiis abſtinuerint, juridice evinci, et pro theſi jur. germ. ventilari poteſt.

*Tertio* argumento reſponſione ſatisfit. aliud *mores*, et *politicas convenientias* eſſe — aliud *Jus*. Jus ex moribus utentium non ſimpliciter arguitur. Quodſi ex moribus *praeſcriptio quaedam vel quaſi juris publ.* argui vellet, continuo objici poſſet illud: Hundert Jahr unrecht, iſt keine Stunde recht. *Mos ille pro jure nunquam viguit, nec unquam vigere potuit;* adeoque concedant neceſſe eſt, — clauſulis ejusmodi excluſivis intendi conſervationem moris, qui Juris formam, et vigorem nunquam adquiſivit. Eheu abſurda!

Ad 4tum denique: verum admitti hoc poſſet, ſi *inter perſonas ſingulas, de ſingulis perſonis* agendum eſſet; cum vero de excluſione perpetua, eaque *in formam juris redigenda, integri ordinis perſonarum Imp. res agatur*, habent hi ſane, quod laeſi honoris vindicias ab Imperio poſtulent, vicinamque ſibi injuriam propelli a caeſare expetant.

## §. 20.

*Examinatur valor pactor. gentil. determinantium certas nubentium qualitates, v. c. immedietatem, qualitatem avitam,* die Stifts= Cirkel= und *Redoutemäſigkeit e. i. p.*

Obſervantur nonnunquam in pactis ill. et nobilium gentil. adcuratiſſime inſuper determinatae qualitates ex eorum parte requiſitae, quibuscum connubia, ad effectum aequalium, a ſuis contrahenda ſunt. Hoc pacto videas nonnunquam requiſita illa recep-

receptibilitatis ad alia Inſtituta politica, v. c. ad collegia, praebendas, ordines, ſodalitates, et conventus etc. ipſis etiam rebus connubialibus adcommodata, v. g. immedietatem, certum numerum avorum nobilium proſapiae veteris equeſtris, habilitatem adſpirandi ad Eccleſias cathedr. et equeſtres, nobilitatem comparendi in conventibus, et ſodalitiis nobilibus, poſſeſſionem, et immatriculationem equeſtrem e. i. p. ab iis gnaviter deſiderata, ne ſacrae connubia fallere taedae piaculum gentilitium admittatur. Quidnam ea de re, *politice* frequentata, juris?

Quod 1) *Immedietatem* perſonae nuptum ducendae, vi pacti gentil. nonnunquam requiſitam concernit, fictum omnino in cauſis connubialibus, diſcrimen inter *mediatos*, et *immediatos* nob. declarare non ambigo. *Solius enim ordinis aequalitas*, recte obſervante ill. de Selchow *l*), *a novis maritis exigi ſolet.* Jam vero, cum dynaſtarum familiae omnes aut penitus ſint extinctae, aut ad majorem comitum, principum, ducum dignitatem tranſiverint, qui hodie ſuperſunt, nobiles, ſive mediati, ſive immediati, cum omnes unum conſtituant, eundemque plane perſonarum ordinem, eodem etiam circa ineunda matrimonia jure utuntur; neque eſt, cur ignoratas legibus differentias excudamus *m*). Graviter proin iterum de jure et obſervantia germ. illuſtr. et nobl. in hoc argumento teſtatur Moſerus *n*); „ Sonſt iſt noch „ zu erinnern, inquit, daß, wenigſtens nach dem Herkommen derer „ neuen Saeculorum, nichts darauf ankömmt: ob die Familie einer „ Gemahlinn unmittelbar, oder mittelbar ſeye? indem NB. „ jenes den Grad des Adels, und den daher entſpringenden Stand, (bey

*l*) Diſſ. de matrimonio nobilis, cum vili et turpi perſona, praeſertim ruſtica §. 2. (extat in ej. exercit. jur. germ. publ. et priv.)

*m*) Cfr. *Eſtor*, Diſſ. de odio in matrimonia imparia, et reſtricto jure nobilit. germ. quoad connubia. C. VI, §. 77. ſeqq. Gundling Diſſ. de Henrico Aucupe §. 31.

*n*) Größ. Staatsr. Th. XIX. S. 357. ſqq.

„ (bey aller übrigens in manchen Stücken obwaltenden Ungleichheit „ derer Jurium) nicht erhöhet, — und dieſes denſelben nicht min= „ dert; ſondern z. E. ein Graf iſt Graf, er ſeye un= oder mittelbar; „ und alſo iſt es auch quoad effectus juris einerley, ein Fürſt mag „ eine un= oder mittelbare Gräfinn ehelichen, u. ſ. w. Ob und wie „ fern aber eines oder das andere dem Luſtre eines Hauſes zuträg= „ licher ſeye, oder nicht? gehört nicht hieher. Es ließen ſich allerdings „ manche Gründe aufbringen, warum es ſchicklicher vor einen Reichs= „ ſtand wäre, eine Perſon unmittelbaren, (allenfalls auch nur adelichen) „ Geſchlechts, als eine landſäßige Gräfinn zu heurathen; und einige „ meinen, dieſer Unterſchied ſeye würklich von einigen Einfluß in die „ effectus civiles eines Fürſtl. Matrimonii; nach der Praxi (et de „ jure) aber, iſt dieſe Meinung ganz ohne Grund, und ſo machen ſich „ auch die Fürſtl. Häuſer meiſtens je länger, je weniger daraus, ſich „ mit denen ihnen mit Lehnspflichten verwandten Häuſern zu alliiren.„ — Tantum de *immedietate*.

2) Alterum requiſitum der **Stifts= und Thurniermäſigkeit**, aeque parum ſolido ſtat talo. Convenientiis et emolumentis naſciturorum ut proſpiciant familiae, inprimis ut liberi habilitentur ad receptionem in Collegia cathedr. Equeſtria, in Ordines, Burgmanniatus, Sodalitates, Conventus etc. in quibus avita, longa ſerie imaginum deducta nobilitas probanda venit, quamplurimae earum rationes has politicas pro norma reſtrictionis legislatoriae adſumpſerunt, et ad res connubiales deduxerunt, adeo, ut connubia cum perſonis, quae non ſunt Stifts= und Thurniermäſig, contracta, pro diſparagiis veris nonnunquam judicentur. At vero 1) Primarius, qui ſolus ſpectatur, effectus diſparagii eſt, *quod liberi ex eo nati ſucceſſionis avitae plane ſint incapaces*. Jam vero, ad habilitatem ſuccedendi nec ulla lege Imperii, nec praxi ejusdem et obſervantia certus numerus avorum, aut receptibilitas ad collegia Cathedralia, torneamenta etc. quippe plane huc non pertinens requiritur. Confunduntur itaque 2) hic inſtituta et conditiones totum omnino inter ſe diverſae; et 3) politica quaedam inſtituta, quae tanquam *politica* valere poſſent, per pacta ejusmodi gentilitia *pro legalibus* venditantur, i. e. *in leges*



familiae

familiae immutantur, quem habitum tamen ſano ſenſu adhibito nunquam ferre poſſunt. Ecce enim! hic non agitur primario de habilitate liberorum ex ejusmodi matrimonio naſciturorum, adſpirandi ad torneamenta, ad capitula, et praebendas cathedr. et equeſtr. etc. (quanquam etiam circa ejusmodi inſtituta gravibus argumentis pugnare queant,) ſed de capacitate liberorum ad ſucceſſionem in bona avita, de jure viduae ad conſequendum vidualitium ex bonis et reditibus ſtemmaticis et i. p. Praecautionibus igitur, cautelis privatis, machinis inter ſe utantur nobiles, pactis privatis ſeſe conſtringant, — modo ne *pacto publico gentilitio*, poſteris *legis inſtar* venerando id fiat; id enim nullius, circa poſteros momenti; *politice* enim, propter utilitatem, convenientiam, lucellum gentium illuſtr. et nobl. et privatim multa fieri ab iis poſſunt, quae autem *nec vim et vigorem juris aſſequuntur*, nec etiam ab iis poſteris ſuis in vim juris ſeu legis praeſcribi poſſunt o).

3) Idem

---

o) Non abs re erit, intelligere, quid de hoc cordate pariter ſentiat Moſerus, c. l. p. 322. ſeq. ita vero inquit: „Der zweyte Abweg iſt, „daß einige zwar mit auf das neuere Herkommen reflectiren; aber nicht ſo„wohl auf das ſallen, und es unterſuchen: was in puncto digniratis uxo„ris, et ſucceſſionis liberorum üblich iſt, als vielmehr, wiederum ohne „Noth, und noch mehr, ohne allen Grund, ex Analogia derer „Canonikate, Thurniere u. ſ. w. auf die Succeſſion ſchließen; da doch allen„falls eine ſolche Analogie allererſt ſtatt hätte, wo das Herkommen pto „Succeſſionis etc. aufhört, und auch auſſer deme das, was von Thurnie„ren, Canonikaten ꝛc. angeführt wird, nicht im allergeringſten einen Grund „pto Succeſſionis abgeben kann. Dann die Canonikate anbelangend, ſo „ließe es ſich etwa hören, wann diesfalls die Statuta, oder das Herkommen „derer deutſchen Stifter gleich wären. So aber werden in einem Stift 4 „Ahnen erfordert, anderwärts 8, anderswo 16, oder gar 32. An einigen „Orten müßen alle Ahnen aus unmittelbaren Familien ſeyn, an andern aus „einem gewißen Diſtrikt Landes u. ſ. w., und alſo kann einer in einem „Stifte Stiftsmäßig ſeyn, und im anderen iſt ers nicht, ob er gleich ein „Alter von Adel, ja wohl beßern Adels iſt, als die Capitularen des Stifts, „wo er nicht receptibilis iſt. Wiederum haben wir ja Erz- und Hochſtifter „genug in Deutſchland, wo auch bürgerliche Perſonen Canonici werden „können, vocem activam et paſſivam haben, und zu geiſtlichen Reichs„fürſten erwählt werden können, davon wir noch bey unſeren Lebzeiten

Exempel

3) Idem etiam Judicium eſto de altero requiſito der Cirkel- et Redoutmäßigkeit, quod multoties pacta gentil. formula efferunt: „ daß der Heyrathende bey Verluſt der Succeſſion in die ſämtl. Fa- „ milienfideicommiſſa, ſowohl Stammlehn, als Stammallodia, „ ſchlechtweg eine altadeliche, Ritterbürtige, Stifts- und Thurnier- „ mäßige, zu adelichen Conventen, Geſellſchaften, und Zuſammen- „ künften notoriſch oder erweißlich qualificirte Perſon, ſo ihre 16 „ Ahnen wohl zu documentiren fähig, zu heyrathen ſchuldig ꝛc.„ politicas et juridicas de hiſce pactis criſes, additis juris, obſervantiae, et praxeos Imp. rationibus, haud convellendis, praeclare ſubduxit

---

„ gehabt haben ꝛc. — Aus welchem allem dann unwiderſprechlich ſoviel folgt, „ daß es um den Stiftsadel gar nichts uniformes, ſondern etwas partikuläres „ und veränderliches ſeye; da man zwar denen, welche über denen Ahnen hal- „ ten, ihre Weiſe und Freude laßet, daß ein anderer zwar Kaiſer, König, „ Kurfürſt oder Fürſt, aber doch kein Canonicus zu N. oder zu N. werden „ können; wohingegen dieſe ſich über jene in ſeiner Maaße mit Recht moquiren, „ den Braten für den Geruch nehmen, und alſo eben doch der deutſche Adel- „ ſtand ſich nicht überhaupt nach dieſen Dingen reguliren läßet. Gleiche Be- „ wandnis hat es mit denen Ritterorden ꝛc.„ — Cui ſubjungit: „ Ueber- „ haupt aber iſt unwiderſprechlich, daß weder von einem neu recipirenden, „ noch von einem jure ſanguinis etc. ſuccedirenden Reichsſtand in Comitiis, „ Circulis et Collegiis, einige Ahnenprobe oder auch nur Vorlegung eines „ Stammbaums, wie bey Kanonikaten, Thurnieren, gewiſſen Ritterorden, „ u. ſ. w. erforderet werde; vielmehr weiß man ja, daß z. E. der Fürſt „ Piccolomini, und Herzog von Marleborough im Reichsfürſtenrath zu Sitz „ und Stimme admittirt worden ſeyndt, ob ſelbige gleich mit keinen Fürſten- „ mäßigen Ahnen aufkommen konnten. Auf gleiche Weiſe wurden die Grafen „ von Holzapfel und Wartemberg recipirt, deren jener eines Dorfſchulzen „ Sohn ware, und dieſer eine b ü r g e r l i c h e P e r ſ o n u n d W i t t w e „ z u r E h e hatte; ohne daß in allen dieſen eine Diſpenſation nöthig gewe- „ ſen, oder eine reſervation, de non trahendo in conſequentiam, gut- „ gefunden, ja nur daß das geringſte deswegen movirt worden wäre. U n d „ w a s a l ſ o i n D e u t ſ c h l a n d j e m e h r u n d m e h r ü b l i c h w i r d, „ d a s w i r d a u c h ü b e r h a u p t j e l ä n g e r j e m e h r i n g a n z E u- „ r o p a j u r i s g e n t i u m: Wer es nicht glaubt, der berechne die „ Ahnen der gekrönten Häupter, derer Kronprinzen, und ihrer Gemahlinnen; „ und ſieht man die Sache nach der Moral an, was ſollen die Ahnen? und „ warum ſollte die orientaliſche Weiſe, den Adel zu ſchätzen, nicht eben ſo „ gut ſeyn, als die unſere?„

ſubduxit Anon. ille ſaepe cit. über die Sittlichkeit der ungl. Ehen
§. 63. dum inquit: " Wie man einmal ſo weit gekommen war, die
" Thurnier und Stiftsmäßigkeit, Cirkel, und Redoutfähigkeit, Un-
" mittelbarkeit, und Ahnenprobe, als eine feine politiſche Maxime, den
" neuen Adel, und die bürgerliche Freyſtandtſchaft von den Hoch- und
" Erzſtiftern, Ritterconventen, Orden, Thurnieren, u. a. Verſamm-
" lungen, aus ihrem Mittel auszuſchließen, unter ſich zu beſtimmen,
" ſo war nunmehr die nächſte Stufe, ſolche Erforderniße auch auf die
" Genoſſenſchaft, Ebenbürtigkeit, und Gleichheit der Ehen mit ſolchen
" Perſonen, mit ſamt dem ſo hauptwichtigen davon abhängigen Suc-
" ceſſionsrechte hinüber zu ziehen. Wer hat denn nun aber die Rit-
" terſchaften alles dieſes von Anfang her zu verordnen berechtigt? ins
" beſondere wo findet dieſer politiſche Ueberſetzungsgeiſt ſeine rechtl. Ge-
" währe? oder in welchen Reichsgeſezzen ſteht dann geſchrieben, —
" welche Reichsobſervanz bringt dann mit ſich, daß, ſelbſt um in deut-
" ſche Reichsallodien, Reichslehne, geſchweige dann in Privathausgüter
" zu ſuccediren, die vorberührte Eigenſchaften der Stiftmäßigkeit,
" Cirkelfähigkeit, Unmittelbarkeit, u. ſ. w. weſentliche Erforderungs-
" ſtücke ſeyen? — und dennoch kömmt es bey gleichen und ungleichen
" Ehen auf dieſen Succeßionspunkt hauptſächlich, und beynahe allein
" an. Billig überſieht daher der Kaiſerl. Reichshofrath, den bisheri-
" gen Staatsrechtlichen Beobachtungen zu folge, dieſe politiſche Schnör-
" keleyen, und behauptet hingegen, eine Familie könne und ſolle ihr
" hierauf gefaſtes Statut, oder Hausvertrag nicht hierwider anziehen;
" und geſchiehet es dann dennoch, ſo hat man bisher vielfältig wahr-
" genommen, daß man es daſelbſt als etwas des Orts ganz unbekann-
" tes angeſehen, und in judicando, (wenn bevorab die Kaiſerl. Be-
" ſtättigung ermangelt), gefliſſentlich übergangen. Und das von Reichs-
" rechtswegen! " et paucis interjectis: wohl kann deswegen immerhin
" der Adel, wenn es ihm beliebt, dergleichen Ehe eines ſeiner Mitglie-
" der mit eines neugeadelten, oder eines Ehrenbürgers Tochter, als
" Politiſchungleich anſehen, und dieſe daher von ſeinen Privat-
" zuſammenkünften ꝛc. ausſchließen; daß er aber dieſe politiſchun-
" gleiche Ehen eben deswegen auch zu einer juriſtiſchungleichen
" bilden, das heiſt, ſolche durch Stammverträge als verbindliche
" Geſetze unter ſeinen Nachkommen verdammen, und ſolchen ſogar

" die

„ die Rechtswürkungen ungleicher Ehen (hauptſächlich die Un-
„ fähigkeit der aus ſolcher Ehe erzielenden Kindern zur Succeßion in
„ die Stammverlaſſenſchaft) beylegen will; das alles, ſage ich, geht
„ über die Schranken ſeiner Hausgeſetzgebungsfreyheit, und wird
„ offenbarer Eingrif in die Reichsgeſetzgebung, Reichs-
„ richteramt, und andere Kaiſerl. Reſervatrechte über den
„ deutſchen Adel; wogegen ſich ſo wenig die Nachkommen der Fa-
„ milien ſelbſten, als auswärtige dritte mit Recht darum zu bekümme-
„ ren haben. Wenigſtens iſt, und muß dieſes die Theſis bey der
„ dermaligen deutſchen Staats- und Juſtitzverfaſſung ſo lange bleiben,
„ bis man annehmen kann, der Adel ſeye berechtigt, ſeine politiſche
„ Capricen zu verbindlichen Staatsrechtsſätzen zu machen, und ſolche
„ andern Ständen vor Grundgeſetze zu obtrudiren.„

## §. 21.

*Quidnam de clauſulis privatoriis poenalibus, in caſum contraventionis, ejusmodi pactis gentil. illuſtr.* et *nobl. adjectis ſit ſentiendum?*

Atque ſic ſponte ſua perducimur ad alteram quaeſt: *utrum, aut quisnam vigor clauſulis poenalibus privatoriis, v. c. de excludendis in contraventionis caſum membris ejusmodi, eorumque deſcendentibus a ſucceſſione avita, de amittenda nobilitate, e. i. p. his pactis gentil. ſubinde adjectis ſtatuendus ſit?* extat ejusmodi clauſula in pactis gentil. nobilium de Künsberg *p*), de Bunau *q*), de Schweiniz *r*), aliorumque quos nominare nefas. In plures jam olim ſententias deſuper Ictos noſtrates abiiſſe, videre eſt

*p*) ap. Sondinger c. l. §. 9.

*q*) cfr Lynker deciſ. cent. XI. dec. 1018.

*r*) ap. Riccius ſpicil. jur. germ. C. XXXII. §. 7.

eſt ap. Ludolf s), Stryk t), Sondinger u), v. Selchow x), Strecker y), etc.

Rectiſſime quidem ea de re jam animadverſum eſt, valere clauſulas ejusmodi *inter ipſos paciſcentes*, idque ex virtute *pacti ſimplicis*, ipſosque contrahentes ad obſervandum tale pactum adſtringi, neutiquam vero ſubſiſtere *in vim pacti gentilitii*, hoc effectu, quaſi et poſteri *legis exemplo* eo teneantur. Quod enim 1) *poenam excluſionis a ſucceſſione in bona aviatica, in hunc caſum propoſitae*, concernit, teſtatiſſimum eſt, haec bona immediate a primo adquirente, ex providentia majorum devoluta, *jure ſanguinis* adquiri, adeoque, niſi primus adquirens *ipſe*, hanc poſteris legem, poenamque dixerit, jura ejusmodi avita, poſterorum placitis non poſſe novis clauſulis, poenis, aliisve limitibus in vim pacti gentil. coanguſtari, iisque non obſervatis, avitum jus ſanguinis, ab ejusmodi pſeudolegislatoribus ſibi non poſſe interverti. Quodſi vero etiam extra ordinem dictae poenae excluſionis locus detur, attamen haec non ipſum eum, qui impari connubio ſeſe polluit, ſed *ejus deſcendentes* demum ferit, cum hae poenae magis in perſonas ſcriptae cenſeantur, *quae a familia ſegregantur*; illius enim jura ſanguinis, non obſtante pacti violatione, exiſtunt adhuc, adeoque exiſtit fundamentum legitimum ſucceſſionis, — quod vero in *poſteris ejus* deficit. Idipſum etiam liquido ſatis jam conſtat, ex ratione connubiorum vel parium vel imparium ipſorum, quatenus ex obſervantia Imp. cum commodo, vel amiſſione ſucceſſionis, ſua natura conjunguntur; quodſi enim clauſulae ejusmodi privatoriae etiam non ſint additae, ſolum jam

s) Tr. de jurib. faeminar. ill. S. I. §. 9. p. 24.

t) Diſſ. de diſſenſu ſponſal. S. V. §. 75.

u) loc. ſupra excit.

x) Diſſ. cit. §. 17.

y) Diſſ. de ſplendore familiar. ill. conſervando. §. 13.

jam inaequale connubium *per ſe* operatur excluſionem a ſucceſſione, ſed cujus? *non ipſius nubentis, ſed ejus deſcendentium.*

Ex quo ſequitur, Nobilem, licet vero Matrimonio inaequali implicitum, continuo bonis gentil. cedere juberi neutiquam poſſe, etiamſi verba pacti gent. etiam *in eum* ſint concepta, poſſeſſionemque eorum jure ſanguinis ſibi delatam recte eundem adprehendere, in eaque ſe tueri; vidualitium autem in caſu *veri* diſparagii, conjugi ab eo, in bonis et reditibus avitis *nulliter* conſtitui, aſſignari, vel adſecurari etc. *Verum* diſparagium dico i. e. *juridice* inaequale, non *politice* tale, quod ut plurimum imaginariis de decoro familiae praeconceptis opinionibus nititur, aut nonniſi ab *exemplis familiae ſpecialibus, et obſervantia domus ſpecialiſſima* vult demonſtrari.

Magis ardua quaeſtio eſt: 2) *utrum politici ejusmodi peccatores virtute clauſularum ejusmodi, cum progenie ſua nobilitate integra, omnibusque juribus et privilegiis huic adnexis exui, et privari queant?* de qua ſic ſentio: a) ſi matrimonium a membro ill. vel nobl. contractum, *vere et juridice* inaequale eſt, liberi ex eo nati jam *per ſemet*, ſine reſpectu ejusmodi pacti, ſive clauſulae privatoriae, vel plane non naſcuntur nobiles, aut non in eo gradu nobiles, quo pater eſt. b) Patri ipſi autem, nuptias inaequales inituro nobilitas, jure ſanguinis ſemel parta, adimi nullo modo poteſt. Nec c) liberi, qui ex matrimonio ejusmodi, *juridice aequali, politice autem pro inaequali habito* naſcuntur, nobilitatis avitae juribus, tam perſonalibus, quam realibus, virtute clauſularum ejusmodi gentil. defraudari queunt. Egrediuntur inſuper clauſulariae ejusmodi ordinationes ambitum legislationis familiaris privatae, ſtatumque, quo per Imperium fungantur, patris, et liberorum publicum determinant, cujus tamen verus atque unicus arbiter, in cauſa ejusmodi politica, nonniſi *Caeſar* eſt; quo ipſo in jura Caeſaris circa nobilitatem Imp. reſervata legislatoria et judiciaria denuo involatur, ſiſcique adeo Caeſarei excitationi facile locus datur. *In vim pacti gentil.* igitur, nec haec clauſula effectum habebit, licet habere eundem queat *in vim pacti ſimplicis*, inter contrahentes ipſos immediate, quatenus renuntiatio

No-

Nobilitatis eventualis ei ſubeſt; quae tamen etiam *ad liberos renuntiantis* extendenda non videtur, cum potius pater *exercitio* duntaxat *Nobilitatis* ſuae, neutiquam vero *juri ipſi, quippe quod cum ſanguine connexum*, ſeſe abdicaſſe cenſeatur; unde poſteris liberis ſalvum manet.

Convaleſcere tamen ejusmodi pacta gent. et clauſulas Nobilitatis privatorias ex *conſenſu Imperantis, ſive Imperator ſit ſive princeps*, exiſtimat ill. de Selchow z); conſulitque hinc, *dum conduntur talia pacta, ad illud eniti; ut principalis conſtitutionis robur accedat.* Sed vix eſt, ut adſenſum ei praebere ex omni parte poſſimus. Confirmationes ejusmodi principis plus valoris non habent, quam Edicta, et conſtitutiones a proceribus Imp. hinc inde, v. c. in *Boruſſia, terris Brunswic. Anhaltinis* etc. publicatae, queis ſub jactura feudorum et nobilitatis, vaſallis ſuis territ. a connubiis inaequalibus abſtinere praeceptum; de his omnibus vero breviter ita ſentio: a) quod ad *jacturam feudorum* non diſpicimus, b) quod *ad nobilitatem* vero: 1) ſi connubia ejusmodi, nobilibus prohibita, ductu LL. et obſervantiae generalis Imp. juridice inaequalia reperta fuerint, nobilitas non patri, bene tamen liberis aufertur; at NB. non vi ejusmodi *conſtitutionis provinc. ſed vi ſubſiſtentis obſervantiae Imp. generalis.* 2) Si vero connubia ejusmodi ductu hujus obſerv. Imp. gen. *juridice aequalia* fuerint, *politice vero pro inaequalibus* in ſuo territorio reputantur, non licet principi territ. eadem ſub jactura nobilitatis prohibere, niſi nobilitas *ab eo principe* originem ducat; adeoque nec confirmatione principali ejusmodi clauſularum, pactis gentil. inſertarum hae ipſae robur adſequuntur. Aeque enim conſtitutiones ejusmodi, quam confirmationes dictar. clauſularum pactorum fam. deſcenderent ex arrogata perperam ſibi poteſtate, quae Caeſari ſuper ſtatu nobilitatis abſciſſe per Imperium reſervata, ſtatibusque raro communicata eſt *a*).

Unde

---

z) Cit. loc.

*a*) Cfr. Heumann Diſſ. de reſervato Caeſaris, dignitates largiendi (in ej. exerc. jur. germ. n. 12.) Steck Abhandl. von dem Geſchlechtsadel, u. der Erneuerung des Adels 1778. 8.

Unde facili negotio adparet, quid de altero ill. Selchowii principio, et tentamine componendi diſſidia DD. de hoc argumento ſentiendum, quando pergit: "*Jam, cum Principis conſenſus tacite etiam, ſive non prohibitis talibus pactis poſſit induci:* „ *qui obſervantiam et conſuetudine firmatam ejusmodi pactorum* „ *obligationem edocere rite poteſt, validitatem eorum eviciſſe cenſendus eſt. Hac certe ratione varia DD. circa hanc rem diſſidia componi poſſunt.*" — Eheu male! — In eo tamen ex omni nos parte conſentientes habet, dum inanem diſputationis Sondingerianae ſubtilitatem explodit: clauſulas ejusmodi privatorias Succeſſionis et Nobilitatis avitae, *vi pacti praeſumti*, licet non *expreſſas*, omnibus tamen pactis gentil. familiar. illuſtr. et nobl. *tacite pro inſertis habendas eſſe*; id enim nec juris ratio, nec ſani judicii oeconomia patitur.

§. 22.

*Praetenſa ill. et nobb. obſervantia in hoc argumento, cujusnam ſit valoris? — Similiter evulſa et proſtrata ulteriora argumenta, hactenus publice obmota.*

Multa ſunt, quae contra haec principia, quibus non ſatis decori familiarum germ. ill. et nobb. conſuli videtur, publice paſſim inducta videas. 1) Enim, obſervantiam illi ſuam, uſu longaevo cuſtoditam, pactis gentil. perfrequenter in hunc modum celebratam obtendunt, qua dicta de his cauſis pro lubitu disponendi Autonomia fulciatur. Conſtat enim 1) inquiunt, omnes pene nobilium familias a connubiis perſonarum originis civicae, dignitate licet ſupparibus abſtinere, obtinetque id pro obſervantia, s. lege non ſcripta. Ecquid vero impedit, legem ejusmodi familiarum univerſalem tacitam, pactis gentil. in ſcriptam immutare, ejusque ſtricte obſervandae cauſa, eam antedictis clauſulis poenalibus privatoriis communire? 2) Inter *Illuſtres* non diſceptatur jus providendi in hunc caſum pactis gent. et in conformitate ejusmodi diſpoſitionum et clauſularum ſemper judicari ſolet. Eccur idipſum *nobilibus*

disceptetur? 3) Eadem conſervandi ſplendoris familiarum ratio pugnat inter ill. et nobb. — Cur non valeat et eadem diſpoſitio? 4) Omni aevo principium extitit, avitam germanorum nobilitatem propagari per faeminas, avis nobilibus inſtructas, dimidiumque veluti nobilitatis a Matre poſteris tribui; eccur nunc aliud praetenditur? e. i. p.

Verum enimvero quod ad Imum, *hypotheſis* falſa eſt, adeoque et *theſis* ei ſuperſtructa. Nec, ut ſupra notavimus, quod *pro more* fit, quod *politice*, ideo et *jure* fit, *jurisque Regulae inſervit.* Obſervantia enim, *ut juris auctoritate* conſtet, *legisque vim* obtineat, publice agnitam, rebusque judicatis, oblatis caſibus firmatam eſſe oportet, id quod de pactis ejusmodi nobilium gent. haec connubia reprobantibus, iisque poenalibus et privatoriis adſtrui non poteſt. Nunquam ejusmodi connubia pro diſerte inaequalibus declarata ſunt, ex parte ejus, cujus erat legem et deciſionem ferre, *caeſaris et Imperii*; nunquam obſervantia Imp. damnavit alia nobilium, quam cum *plebeji ordinis* hominibus inita conjugia etc. neque igitur ſcripturae major auctoritas ſtatui poteſt, quam ei, cui nititur, fundamento non ſcripto. *Ad* 2) Totum quantum hic cauſa *illuſtrium*, ab illa *nobilium* differt. Obſervantia Imp. hactenus in his cauſis unicam fere, ut ſupra dictum, normam, tam intuitu illuſtrium, quam nobilium efficit, eique conformiter duntaxat condita pacta, eisque adjectae clauſulae privatoriae valent, tam inter illuſtres quam nobiles; adeoque eatenus deficit medium comparationis. Quod autem haec obſervantia inter *illuſtres multo firmioribus* conſtet argumentis, plusque praeſidii in probatione pro ſe habeat, aeque certum eſt. Unde conficitur, non eundem favorem pragmaticum judicialem pacta *nobilium* in hoc themate mereri, quem quidem merentur, et nanciſci ſolent pacta illuſtrium. Non opineris velim, politicas has eſſe argutias, juris praeſidium nusquam inventuras.

Multi enim ſtatores territoriales, intuitu nobilium ſuorum expreſſe hanc dubiam nobilium obſervantiam magis ideo determinarunt, huicque conformiter quaecunque pacta gent. erigi, et intelli-

gi

gi juſſerunt, ut certus in his cauſis, intuitu illuſtrium cognoſcendi, decidendique modus eſſet.

*Ad 3tium*, quod politicam rationem in receſſu habet, argumentum, hinc facile reſponderi poteſt. Conſervandus utique familiarum etiam nobilium ſplendor, ſed *conformiter rationi ſtatus, et ſyſtematis perſonalis Imperii.* Conſervandus, inquam, ita, ne dignitas caeterorum ordinum, ex ratione ſtatus dependens, inde obfuſcetur; conſervandus ita, ut jura agnationis et ſanguinis, jura a primo adquirente devoluta, novo gravamine non obruantur; conſervandus ita, ut in ſalvo maneant jura caeſaris et Imperii, llatoria et judiciaria; ne in alienam ſegetem falx politica immittatur. Hanc rationem ſibi obſervandam habent *illuſtres*; habeant *et nobiles* oportet; adeoque dictus parallelismus iterum in vado cubat.

*Ad 4tum* denique, ut, quae hiſtorice latiſſime dici poſſent, in nucleum convertamus, obſervo: verum eſſe, a conjuge illuſtri, illuſtres, a nobili nobiles quondam avos eſſe deſideratos. Verum enimvero turbatis inter ſe denuo nobilium et ingenuorum quorumvis ordinibus, ſaec. praeſertim XV. mos hic ſibi non conſtitit. Recte Gundling *b*): „*Cave*, inquit, *perſuadeas tibi, ſic veterem* „ *nobilitatem per omnes aetates fuiſſe ſervatam, nullum ut dispar* „ *genus admiſſum. Conſtat enim, quam ſit illa partim internecinis,* „ *et domeſticis ſeditionibus, partim externis bellis, expeditionibusque* „ *in terram ſanctam exhauſta, ita, ut turbidis et afflictis rebus vel* „ *pereundum fuiſſet nationi, vel adſumendi ex libertinis, qui adju-* „ *mento forent reliquis. Atque obſervat* Leibnizius *in praefat.* „ *ad* T. II. *ſcr. rer. Brunſw. villicos ſaepe equis armisque debuiſſe* „ *donari, ac donatos reapſe, ne Epiſcopi et Saxoniae principes* „ *Normannis atque Slawis inprimis impares exiſterent:* d*onec tan-* „ *dem iſtud magnificum nobilitatis nomen in bellis penitus obſoleſce-* „ *ret, incolae, cives, agricolae in equitum turmis promiſcue compa-* „ *rerent, et mercenariae militiae late relinqueretur locus; cum an-* „ *tea*

*b*) Diſſ. an nobilitet venter? C. II. §. 15. a Ludewig diſſ. de dignitate uxoris, vulgo v. Kunkeladel ꝛc. ꝛc.

„ *tea pauci ſtipendium acciperent, nec plebi, niſi in peditatu, me-*
„ *rendi copia eſſet.* Nec NB. *ambigendum, quin Sigismundi Imp.*
„ *aevo, occaſione Huſſiticorum motuum, omnia tandem ſint turbata,*
„ *et permixta,* Balbino, Dattio, *aliisque viris praeſtantiſſimis*
„ *id adnotantibus. Ad quod cum accederet Imperatorum et Princi-*
„ *pum immodica liberalitas, ac mercatores reſciſcerent, illuſtre no-*
„ *men pecunia acquiri, mirum, quam affluxerint homines obſcuri,*
„ *et ad altiſſimum, medium, infimumque nobilitatis gradum adſpi-*
„ *raverint catervatim, etc.* „ — Falſum inſimul eſt politicum illud theorema: „ *Dimidium quaſi nobilitatis, liberis a matre dari;* „ *hinc ad avitam nobilitatem propagandam, matrem quoque avis* „ *inſtructam requiri,*" Satyrico ſane argumento, quod exſcribere nolumus, expedivit eos Gundlingius c. l. qui in hac theſi haerent, nec juris, nec rationis praeſidium pro ſe habente. — Inſimul avita nobilitas ad capacitatem ſucceſſionis in allodia et feuda ſtemmatica nuſpiam requiritur, nec ſana ratione requiri poteſt; — quod in politicis aliis Inſtitutis, v. c. in Habilitate recipiendorum ad eccleſ. cathedr. ordines, conventus etc. requiratur, verum eſt; (jurene ant. facto, hic non inquiro;) ſed hic non de *politico* quodam, ſed *juridico* themate disceptatio eſt; unde de his ſatis.

§. 23.

*ββ') Circa ſtatum Religionis membrorum fam. ill. vel nobb.*

Politicam disceptationem ſaepius etiam efficiunt clauſulae Religionis unionibus gentilitiis illuſtrium et nobb. inſertae, de quarum efficacia non una hactenus contentionum ſerra ducta eſt. Ex quo enim ratio colendi Deum in multifarias ſeſe per Imp. Partes diviſit, et aſſeclae cujusvis ad pacem quoque et tranquillitatem inter ſe domeſticam cuſtodiendam, unitatem formulae fidei ceu expediens adjumentum habuere, mirum, quanto nonnunquam rigore in deſertores avitae Religionis his clauſulis animadverſum, quin adeo contra mentem et verba I. P. O. Art. V. § 35. libertas conſcientiae membrorum fam. coanguſtata fuerit; magno nonnunquam rei-

reipubl. familiarum, aliorumque diſcrimine. Qua de cauſa duplex potiſſimum quaeſtio volvitur: 1) *utrum pactis gentil. liceat quenquam a ſucceſſione aviatica excludere, ſin certam Religionem profeſſurus, aut non profeſſurus ſit?* 2) *In ſpecie, utrum eo caſu excludere eum de familia liceat, ubi Religionem, in qua natus, educatusque fuit, mutaverit?* utraque quaeſtio, uti inter ſe multum diverſa, ita teſtibus actis publ. variam etiam, multumque inter ſe diſſimilem hactenus nacta eſt altercationem, et deciſionem.

*Prior* propoſita ſpecies tunc incidit, ubi ſimpliciter aliquem ſucceſſio tangit, *qui in alia religione, quam ea, quam profitetur linea, domusve paciscens, natus, educatusque fuit*; ubi tum quaeſtio, *utrum pactis gentil. in hunc caſum eventualiter omnes futuri, alienae religioni addicti ſucceſſores, a ſucceſſione avita excludi queant?* Sane, ſi *moribus gentium* res dijudicanda foret, exemplo eorum, quae in *Anglia, Suecia, Dania* obtinent, valor ejusmodi pactorum facile adſtrui poſſet; at vero, cum LL. Imp. obſervantia, ductus analogiae rei cardinem primarium in hoc argumento efficiant, miramur ſane, quo pacto fac. jur. vienn. in reſponſo polit. c) ejusmodi fontes pro ratione decidendi uſurpare, indeque diſſerere potuerit: „ Gewiß iſt es, daß bey verſchiedenen Europäiſchen Völkern kein
„ anderer, auch aus dem Königl. Geblüte entſproſſener Prinz, zur König-
„ lichen Würde und Regierung zugelaſſen wird, als derjenige, welcher
„ ſich zu der, durch die Fundamentalgeſetze adprobirten Religion beken-
„ net; wovon uns die Königreiche Engelland, Schweden, und
„ Dännemark ohnwiderſprechliche Beyſpiele an Handen geben, in de-
„ ren erſten der König der Engliſchen Kirche, in denen beyden anderen
„ aber der Proteſtantiſchen Religion zugethan ſeyn müſſen. — Dieſe pro
„ conſervanda Religione dominante feſtgeſetzte Grundſätze werden
„ zweifelsohne von denen Proteſtantiſchen Rechtsgelehrten als gültig, und
„ unabänderlich erkennt werden; wir hoffen daher auch, daß ſelbe wer-
„ den ſo billig ſeyn, dergleichen inter familias illuſtres catholicas errich-
„ teten pactis, die rechtliche Gültigkeit nicht abzuſprechen. „ — Potius igitur

c) In den neueſten Staatsakten. Th. IV. S. 397. ſqq.

igitur primaria ratio deciſionis, *ex libertate conſcientiae*, per paces Religionis et I. P. W. ſtabilita, *ex obſervantia germaniae*, in his cauſis ſpeciali, ſaepius actis publ. agnita, et judicatis caeſ. confirmata, deſumenda eſt; in quem ſenſum multoties ſuprema Imp. tribb. pacta ejusmodi gentil. tanquam pacificationi relig. et osnabr. adverſa diſerte reprobarunt.

Gravior quaeſtio eſt de valore pactor. gentil. *mutationem Religionis* ſub clauſula privatoria ſucceſſionis avitae, prohibentium, et quidem 1) *inter illuſtres* 1) *Georg. Frideric.* Marchio Bada — Durlac. caverat, teſtamento ſuo, Ao. 1615. condito, ut liberi ſui in religione Proteſt. educarentur, ejusque deſertores excidant avita ſucceſſione. *Fridericus* March. Bada — Durlac. teſtamenti hujus aviatici confirmationem expetierat A. 1654. — In voto deſuper ad Imperatorem relato, nuntiabat inter alia illuſtriſſ. conſil. Imp. aul.: „daß ghſter Reichshofrath bey dieſer Confirmation in 3 Punk„ten anſtehe: 1) daß welcher ſuccedirende Marggraf die Augſp. Confeſ„ſion werde verlaſſen, und abſchaffen, alſo bald ipſo facto ſeines Suc„ceſſionsrechtes privirt und verluſtig ſeyn ſollte ꝛc. — wäre Reichshof„rath deswegen der gehorſamſten Meynung, daß, ſo viel den ptum Re„ligionis anbetreffend, gleichwie den Grafen von Montfort und Reck„heim, ihre vorgebrachte Teſtamente wegen der denſelben einverleibten „Privativ-Clauſul nicht confirmirt werden wolle, es ſeye dann ſolche „zuvor geändert und ausgelaſſen, dieſe Erinnerung dem Herrn Marg„grafen wegen Aender- und Auslaſſung dieſes, gleichfalls geſchehen möch„te. — — Etliche Räthe aber ſeyen der gehorſamſten Meinung, daß „die Confirmation von Ihrer Kaiſerl. Maj. jetzt alſo balden bewilliget, „jedoch in verbis confirmationis ausdrücklich geſetzt werde: daß Ihre „Kaiſerl. Maj. dieſen Artikel, und deſſen Confirmation ausgenommen, „und, als dem Religion- und Münſteriſchen Friedensſchluſſe zu entgegen, „nicht confirmiret haben wollten.„ Poſt multa hinc inde actitata vi reſol. caeſ. dd. 25. Apr. 1654. demum in conceſſa et expedita confirmatione caeſ. ptus ille diſerte exceptus fuit. 2) *Hugo Comes de Montfort*, cum A. 1652. legem primogeniturae condidiſſet, deſuperque confirmationem caeſ. expetiiſſet, praelocutum dd. 9. Aug. 1653. obtinuit: „Ihro Kaiſerl. Maj. hätten bey dem §. zum achten,

„darin-

„ darinnen dem Religions= und Münſteriſchen Friedensſchluſſe derogirt „ werden wolle, noch zur Zeit Bedenken; wolle derowegen des Suppli= „ cantens fernere Erklärung vorhero gewärtig ſeyn.„

Hac exhibita conſuluerat illuſtriſſ. conſil. Imp. aul. pro ſufficienti eandem acceptare, confirmationemque, ſub eadem, uti Bada Durlacenſi, clauſula concedere; at vero reſolvit Auguſtiſſ. caeſar. dd. 25. Apr. 1654. „ das Primogeniturrecht, ſo weit es dem In= „ ſtrumento Pacis gemäß ſeye, in terminis generalibus zu confirmi= „ ren d). „

Pluma leviora vero ſunt argumenta Moſeri, quibus convincere ſtabilitatem pacti ſtatuum inter ſe ſub hac lege initi, vult, quod is, qui Religionem, cui addicti ſunt paciscentes, mutaverit, jure ſuo hereditario, terrarumque ſucceſſione excidere debeat e); praeterquam enim, quod liquido conſtet, nulla plane, et ne exquiſitiſſima quidem ratione pacti, clauſulae, transactionis, legem libertati conſcientiae dici poſſe, eoque ſenſu omnia nulla prorſus, caſſata, atque irrita eſſe, (juxta quod etiam *pacta publica* ejusmodi, (Staatsverträge, exemplo pactorum privatorum gentil. aeſtimari debent,) accedit et illud, quod, licet ſtrictam conſtantiae religioſae legem abſolutam non imponat, in discrimen ſaltim, ſub imminente praejudicio amiſſionis terrarum, inducat principes. Nec, ut opinor, ſano argumento utitur in eam rem, *a reſervato Eccleſ.* ducto, quaſi reſervatum hoc eſſet *juris ordinarii;* teſtantur enim affatim acta publ. occaſione hujus reſervati ventilata, neutiquam ex hoc reſervato *Jus ordinarium* Imp. effici poſſe; nulliusque ideo momenti eſſe, quae ſubjungit: „ *Quamvis autem nullum ſit dubium,* „ *quin manibus pedibusque obſtrepituri ſint Romano — catholici, ſi* „ *caſus exiſteret, ubi contra ipſos eſſet pronuntiandum; attamen et* „ *hic valet, quod objectum ipſis legitur in Pacis Weſtph. tractatibus,* „ *a legato Thumshirnio:* Wann ein Katholiſcher einem Vetter etwas „ ſchenk=

d) Cfr. Moſer Familien=Staatsr. Th. I. S. 54. ſqq.

e) Diſſ. de pactis et privilegiis circa Relig. §. 68.

„ ſchenkte, oder vermachte, ſub hac conditione, ne mutaret religio-
„ nem, was gilts! ſie würden darüber halten! „ — naeniae!

Idem in hoc argumento, 2) de pactis *nobilium* gentil. judicium eſto. Non deſunt inter eos, qui deſertores Religionis avitae, graviſſimis poenis, tam corporis adflictivis, quam totali excluſione a ſucceſſione avita coercere jubent, refertque exemplum Hornius *f)*, quam dire in religionis Proteſt. deſertorem e gente nobili *Brandenſteinia* animadverſum fuerit. Quandoquidem igitur noſtro, quod tolerantiae encomio decorari geſtit, aevo, juſtitia ejusmodi facinorum ab ipſis adhuc Proteſtanticis ſcriptoribus defendi videas, ut nobiles Watzdorfius et Beulwizius g), defenderunt, ne poſt repurgata ſua, ut ſemper efferunt, ſacra, parum repurgatas ſibi mentes inſidere hi ipſi ſcriptores cognoſcant!

## §. 24.

### γγ) *Circa deſtinationem membrorum ſuorum, ad certum vitae genus amplectendum, et praeciſe profitendum.*

Politico fato plura innectuntur membra familiae, quae ad obſequium et intereſſe familiare commune cum abdicatione affectuum propria, ſenſus, fortunas, vota et deſideria ſua adcommodare, eique velut mancipare, hominemque concupiſcentem totum exuere, et ut breviter, ut organa, ut machinae politicae, directrici, alienae poteſtatis manui caeco impetu obſecundare tenentur. Adeone vero vel cordis humani pravitas tanta, vel politici Imperii abuſus tam late patet, ut pro arbitrio ſtatuendi pactis gentil. facultas defendi queat? — Iam obſervatum ab aliis eſt, militiae vel laicali

*f)* Handbiblioth. d. Oberſachſen, Th. V. S. 557.

g) Diſſ. de ſtatutis et judiciis gentil. nobb. mediat. in germ. §. 26. pag. 32. ſeqq.

laicali vel clericali magnam ab incunabulis partem nobilitatis noſtrae germ. addici, cogique, ut radios, queis coruſcet, proprios, igniculosque extinguat, quo ſplendor ille familiae in exquiſitiorem majeſtatem, lumenque prorumpat, id, quod, cum innuptos eſſe, plures de familia ſupponat, exitioſum multis fuit, atque nobiliſſimas proſapias majorum noſtrorum, praematuro fato extinxit. Diviſionibus terrarum abhinc aliquot ſaeculis, extra morem habitis, pluribus id gentibus accidit, quas ceu medium conveniens, dispergendi in plures ramos gentem, eamque ſtabilem propagandi, agnoverat prior aetas illa, recognovit et ſagacior poſteritas. In utramque partem argumenta brevibus dedit Erath h), „Es haben, inquit, verſchiedene bemerkt, daß viele Häuſer ausgeſtorben, weil ſie ihre Apanagen ſo geringe gemacht, daß die abgefundene Herrn unvermählt bleiben müſſen. Doch muß man auch dieſes zugeſtehen, daß eben die Erbtheilungen, und dadurch entſtandene viele Linien, noch manches hohes Hauß bis auf unſere Zeiten erhalten haben, welches ſonſten wohl erloſchen wäre.„ — Sed ceſſent haec *politica*, ad *juridica* properandum.

Valorem clauſularum pacti gent. quo filii poſt geniti adſtringuntur nonnunquam, ut ſacro ſe famulatui devoveant, propagationisque ſtudio in ſuccrementum et propaginem familiae abſtineant, inquiſituris, continuo ſe nobis iterum objicit Moſerus i), contendens ea, quae *evangelici* ſunt *conſilii* duntaxat, *in perfectam juris obligationem* his pactis perperam converti. Ita enim ille: „Was nun, inquit, die Verbindlichkeit dergleichen pactorum anbelangt; ſo werden dießfalls wohl die Katholiſche mit denen Evangeliſchen nicht einerley Meinung ſeyn; dann jene halten bekanntlich das votum perpetuae caſtitatis, wann es nur nicht erzwungen iſt, für etwas Wohlthunliches; die Evangeliſche hingegen achten es billig für eine höchſt gefährliche Beſtrickung derer Gewiſſen; nach dieſen letztern Principiis nun kann das Pactum, ſo viel den Eheſtand an ſich betreffend, nicht binden

h) Hiſtor. Nachricht. v. den Erbtheil. des Hauſes Braunſchw. Lüneb. S. 2.

i) Famil. Staatsr. Th. II. S. 9.

„ binden, wohl aber caeteris paribus, quoad effectus civiles ſucceſ-
„ ſionis, u. ſ. w. als deren ſich einer ſalva conſcientia wohl begeben
„ kann. „ — At vero, quod hic noſtratibus objectat Moſerus, plane non eſt in quaeſtione: 1) enim, primaria in hoc quoque capite, ratio Proteſtantibus ſcil. communis, inter catholicos etiam hic eſt, ut ejusmodi ſurculi familiae, a ſucceſſione avita excludantur, proviſionemque ex militia, praebendisque capiant, ne apanagiis immodicis exhauriantur vires gentilitiae; caelibatus itaque poſt genitis per pacta injungi ſpecifice non ſolet, ſed conſectarium duntaxat ejus ſtatus eſt, cui devoventur. 2) Nec abſolute ad ineundam vitam coelibem amplectendamque militiam religioſam crinibus pertrahi ſolent, ſed, dummodo vitam conjugalem, auxilio familiae peculiari deſtitutam, laboribus et aerumnis plenam, liberali otio, et oppipare conditis dapibus praeferre maluerint, habeant ſibi permagnificam datam libertatem! — 3) Nec multum dispar hic argumentum a *caelibatu militum k)*; adeone enim duces illi, qui articulis cohortalibus nuptias militares prohibent omnino, a cenſura illa, quam feſtive ex lege divina depromere vult Moſerus, immunes erunt, abſolvendique?

Miniſteriis igitur, tam politicis et profanis illis, quam eccleſiaſticis per pacta fam. deſtinari jam a primis cunis, admoveri praevectiori aetate poſſe plura familiae membra, nil impedit; modo, ne *invitis* ſtatus imponatur; id quod tamen ſub dicta hypotheſi per antedicta pacta fieri non ſolet. Rem igitur vere, atque ad ſtatum praeſentis germanae nobilitatis genuinum conceptam ita cape: Sive in familiis ill. et nobb. primogenitura lege obtineat, ſive ſucceſſorem denominandi jus patri competat, familiae ſalus et conſervatio multiplicatis ejusmodi nuptiis, disperſisque ſic patrimoniis avitis nunquam obtinebitur; quid igitur? abſtinendum proin pluribus a nuptiis, exquirendae aliae ſortes Domini, innupta militia praehabenda indecoris connubiis. Nolentibus autem danda optio, quin ipſo

---

k) Cfr. St. Waga diſſ. de caelibatu militum. Ludovici, diſſ. de caelibatu, poenae nomine impoſito.

ipſo jure data intelligitur, malintne inglorio conjugio ſibimet graves, an ſine nuptiis in dias luminis auras vivere. Non enim, quod Moſero coactio videtur, id revera eſt; ſors Domini non patitur vinculum; ſubrogantur in locum apanagiorum exilium, larga ſtipendia, pingues praebendae; haec qui captare nollet, ne non ſolum ſpretor *evangelici*, ſed et *politici*, *exquiſitiſſimi ſimul conſilii*, et proditor ſuimet ipſius habendus ſit! — Subſiſtunt itaque de jure pacta illa fam. ſtatum membrorum ſuorum, et vitae genus in anteceſſum ita determinantia, ut ſemper ea amplectendi neceſſitas magis tantum *politicam*, civilem, quam *juridicam obſequendi neceſſitatem* ſecum ferat *l*). —

## §. 25.

### γ γ) *Circa judicia gentilitia, auſtraegas famil. et anteoccupationem cognitionis ſupremor. Imp. trib.*

Digniſſima etiam deciſione pragmatica Imp. quaeſtio eſt de validitate pacti gentil. quo judicia gentilitia, ſpeciatim auſtraegarum familiarium cognitio et decernendi poteſtas eum Imperii abſoluti ambitum accepit, ut ab eorum judicatis et arbitriis ad ſuprema Imp. trib. recurrendi licentia in totum denegata fuerit. Recte de ea ediſſerit Moſerus *m*) "es iſt mehr zu wünſchen, als „ ſobald zu hoffen, daß der Kaiſer, und die Stände ſich über dieſen „ ſtreitigen Punkt vergleichen mögten; indeſſen wird wohl jeder Theil „ ſeinen principiis inhaeriren, und folgen.„ Reſtringit ſanctionem LLum Imp. recurſui ad ſuprema Imp. trib. ab auſtraegali ſententia

*l*) Ratiunculas omnes probe in utramque partem excuſſit, otiumque nobis in exequendo hoc themate fecit I. P. Heußdorf Abh. von der Verbindlichkeit der Verträge, über der Kinder künftigen Lebens- und Nahrungsſtand, et Schmezer Abhandl. von Brod concluſis. S. 4. ſgg.

*m*) Famil. Staatsr. Th. II. S. 1137. ej. Staatsr. T. XXII. p. 312.

tia locum dantium ad auſtraegas duntaxat *legales*, exceptis diſerte *conventionalibus* et *gentilitiis*, von Hagen *n*) pactis vero de non adpellando ab his judicatis plenum indiſtincte robur tribuit L. B. de Cramer *o*); potiora in utramque juris partem momenta, quae hic ſubverſantur, per nucleum exhibet idem Moſerus *p*), Pütterus *q*), Prehnius *r*), Schubartius *ſ*), Senkenberg *t*), alii. *Theſis ipſa* hujus argumenti, cum ſupra modum ſpinoſa ſit, nec noſtrum ſit, tantas componere lites, hypotheſin duntaxat, quidque hactenus *Imperii praxis* tulerit, breviſſimis edocebimus.

Negari nequit exempla prioris aevi ſubeſſe, queis Caeſar clauſulas pactorum hujusmodi gentil. illimitate, nulla reſervatione reſtrictioneve addita, ſimpliciter confirmavit, ceu docet teſtamentum Eberhardi III. Duc. Würtemb. at vero ex recentiori praxi fruſtra ejusmodi quaeſieris, ſed ſemper, et in omnibus caſibus excipi ſolet ejusmodi clauſula a confirmatione unionis gentilitiae, aut alias etiam in remiſſionibus cauſarum ad auſtraegas convent. partibus contra tenorem pacti diſerte recurſus ad ſuprema Imp. trib. reſervari — aut nihilominus contra intentionem pacti querelis nullitatis contra ejusmodi ſententias auſtraeg. conv. motis deferri

---

n) Diſſ. de auſtraeg. Haſſiac. §. 24.

o) Wetzl. Nebenſt. Th. I. S. 67. Th. LXXXV. S. 4. cui tamen jung. Reviſion der Kammerger. Ordn. Th. II. ad P. II. Tit. 31. §. I. ed. Selchow.

p) c. l. S. 1134. ſqq.

q) Introd. in rem jud. Imp. p. 74.

r) Tr. von den Austrägen. S. 72. ſqq.

ſ) Comm. de auſtraegis S. R I. p. 112.

t) Flor. ſparſ. ad Jus auſtr. p. 16.

deferri ſolet, ceu adparet ex iis, quae A. 1724. pto confirmationis pacti Erbtruchſeſſiorum Imp. ſuper primogenitura — pcto pacti gent. Würtemb. d. A. 1617. — Haſſiaci d. A. 1562 actitata ſunt. Nec immerito; ordinatio enim camer. diſerte auſtraegas et judicia ejusmodi gentil. vocat die erſte Inſtanz, adeoque neceſſe eſt, ut exiſtat alia quaedam *ſecunda*; cumque ſupremis Imp. trib. competat jurisdictio ſuper omnes Imperii incolas, haec ipſa eisdem nolentibus per pacta ejusmodi arctari aut ſubtrahi nequit. In confirmat. teſtamenti *Frid. V.* Marchion. Badadurlac. paſſus ejusmodi diſerte exceptus eſt.

Sane, quod olim licentia haec illuſtribus, in pactis gentil. *liberior* competierit, ex ratione ejus aevi, in cauſis illuſtr. et nobl. procedendi ductu chartarum probe explicari poteſt; uniones illae, tunc temporis inter ſtatus, et proſapias frequentiſſimae, omnes fere ſine diſcrimine recurſum ejusmodi prohibent, eo quod eae res magis *politicas*, quam *juridicas* in ſe *curas* et negotia comprehendere credebantur; nec conſueverant tunc temporis curiae judiciariae ordinariae, facile in cauſas gentilitias ſtricte tales illuſtr et nobl. inferre manum, et avita ejusmodi, hactenus *abſoluta* Autonomiae jura praeceptis et ſententiis concutere; *arbitriis* enim magis, quam *ſtrictis in ea re cognitionibus*, ſemper eatenus uſa fuerat germanorum nobilitas, ut patet ex multis objectionibus judiciis provincialibus Imp. Rothwil. Norimberg. Würceburg. aliisque quondam formatis, dignaque memoria in eam rem ſunt, quae Comitibus de Sulz, qua judicibus hereditariis Rothwil. objurgavit ill. proſapia Rieneccia; deferebantur quippe gentilitiae cauſae ut plurimum inter die Ehrenſachen, diverſas ab illis Rechtsſachen; nec ab eo: zu Recht mächtig ſeyn, concludi poterat: jemands zu Ehren mächtig ſeyn, idquod omnes chartae ſeparatim exprimunt. Confuſis vero cauſis der Ehren und Rechtsſachen, in parem omnia juris dicundi poteſtatem abiiſſe videntur, adeoque et Saec. XVI cum in his quoque cauſis magis indies formulario judiciorum ſtrepitui adſuefierent nobiles, ſenſim ſine ſenſu Judiciorum Imp. cognitio ad haec argumenta etiam dilatata et extenſa eſt. Quandoquidem igitur Ord.

Cam.

Cam. II. 6. §. 1. et Conc. Ord. Cam. II. 31. §. 1. ex his aevi prioris formulis unionum explicari vellet, ſane nobilitati Imp. indubie fortius praeſidium pro jure excludendi recurſum ejusmodi, quam ſupremis Imp. trib. pro vindicanda ſibi eatenus ſuprema jurisdictione et inſtantia praeſto foret.

*Utrum Autonomia illuſtr. et nobl. hodienum adeo perfecta et illimitata in contentionibus gentil. haberi queat, ut eidem auſtraegas Judicesque privatos eligendi facultas competat?* aeque ab aliis diſputatum eſt. Terminum decretorium, normativum, caeterorumque praecluſivum continere videtur Ord. Cam. II. 2. §. 1. Cujus ſenſum diſtorquent mirifice interp. At vero reſtituit Moſerus *u*). Quidquid ſit, teſtatur abunde praxis ſupr. Imp. trib. Cameram Imp. ſtatuere, extinctam eſſe in hac parte illuſtrium et

---

*u*) Famil. Staatsr. a. a. O. S. 1134. §. 179. — Concinnius vero rationes ſubduxit idem Tr. von der deutſch. Juſtitzverfaſſ. Th. I. B. 1. K. III. §. 63. S. 93. „Bey denen, inquit, welche des Rechts derer Austräge „ohnehin, und in eben ſolchem Grad fähig ſeyn, als die neu errichtende und „vergleichende Stamm= oder willkürliche Austräge mit ſich bringen, hat die „Sache um ſo weniger Anſtand, weil der Kaiſerl. obriſten Gerichtsbarkeit „nichts dadurch entgehet, ſondern dem Kaiſer ganz gleichgültig ſeyn kann, ob „ein Churfürſt oder Fürſt, in erſter Inſtanz vor denen Legalen, oder Stamm= „oder Conventionalen Austrägen belangt wird. In Anſehung dererjenigen „hingegen, welche des Rechtes derer Austräge ordentlicher Weiſe gar nicht, „oder doch nicht in dem Grad, wovon die Frage iſt, fähig ſeyndt, hat die „Sache allerdings mehrere Bedenklichkeit; 1) auf Seiten des Kaiſers, „welchem dadurch die Gerichtsbarkeit in erſter Inſtanz entzogen wird; dahero „wenigſtens ſeine Miteinwilligung hierzu nöthig zu ſeyn ſcheinet; 2) aber auch „an Seiten des Reichs, welches durch das, was es ſich im J. R. Abſch. „1654. §. 116. und daraus in der Wahlcap. einbedungen, allerdings zu „erkennen gegeben hat, daß, wer das Recht der Austräge bishero nicht ge= „habt hat, es auch künftig nicht bekommen ſolle: wie nun dieſer Grund auf „die Conventional Austräge eben ſo wohl paſſet, als auf die aus einem „Privilegio herrührende; ſo ſcheint es, daß nach der Analogie des R. Abſch. „auch beyde Gattungen gemeinet ſeyen. Nun haben zwar die erſtern Gründe „einiges Uebergewicht; indeſſen wäre doch gut, wenn dieſem Zweifel durch „eine authentiſche Auslegung völlig abgeholfen würde."

et nob. Autonomiam illam irreſtrictam, ideoque auſtraegas gentil. conventionales poſt Ord. Cam. demum introductos, neutiquam, niſi ab Imperatore ſpeciatim ſint confirmati, attendi. Quod jam olim docuerat Schroeter *x*), inſigni poſtea judicato obfirmavit Cam. Imp. in cauſ. Carpin. contr. Grafen von Wittgenſtein, A. 1748. *y*).

## §. 26.

*Recurſus ad Comitia ex capite laeſae Autonomiae gentil. priv. ill. et nobl. quatenus juſte tolerandus? Speciatim de foro cauſarum, quae hanc Autonomiam ſpectant.*

Violatio Autonomiae gentil. et quae huic nituntur, unionum et pactorum Domus, multifariam ad aures llationis Imp. germ. delata eſt, et abolitionem gravaminum, tam ex parte Caeſaris, quam ſupremorum Imp. trib. ut praeferebatur, illatorum, gravi ſermocinatione expetivit. Objectabatur v. c. A. 1757. aulae Caeſareae ex parte miniſterii poruſſ. "daß man den Verſuch gemacht habe, die Kaiſerl. Autorität auch ſogar auf die innerliche Familienſachen der Reichsfürſten auszudehnen;" non addito tamen, in quonam hic auſus conſtiterit *z*). Cum cauſa ſucceſſionis Saynenſ. in deliberationem comitiorum Imp. d. 27. Nov. 1709. veniſſet, votabat *Magdeburg* *a*); "Wollte man „ ſich

---

*x*) Diſſ. de auſtraeg. convent. ſeren. Dom. Saxon. C. I. §. 13.

*y*) Cfr. Tafinger Diſſ. de ſuprema in I. R. G. jurisdictione. §. 19. n. (o) et ej. Inſt. jurispr. Cam. S. III. Tit. III. §. 430.

*z*) Moſer Tr. v. d. deutſch. Juſtitzverſ. Th. I. S. 912.

*a*) ap. Moſer Famil. Staatsr. Th. II. S. 1050. ap. Pütter Beytr. Th. II. S. 116. ſq.

„ ſich aber nach der Obſervanz richten, ſo wäre offenbar, daß ſo „ wohl die allermeiſten Rechtsgelehrten in ihren Schriften und Operi- „ bus, wo ſie von dieſem caſu ex profeſſo handelten, als auch ganze „ Collegia juridica in ihren reſponſis, wenn ſie conſulirt worden, „ für dergleichen pacta ſucceſſoria geſprochen, und ihre Validität fun- „ diret, auch ſich darinnen die alte verlegene Einwürfe de voto cap- „ tandae mortis, und andere von dergleichen Calibre, nicht hindern „ lieſſen; anjetzo zu geſchweigen, daß auch ſuo modo wegen ſolcher „ pactorum ſucceſſ. lex ſcripta vorhanden, indem in der Kaiſerl. „ Wahlcapit. der Stände Gerechtigkeiten auch Gebräuche, und gute „ Gewohnheiten confirmirt und beſtätigt würden; mit der Verord- „ nung, daß ſich auch die höchſten Reichstribunalien *tam in* „ *petitorio, quam in poſſeſſorio* hiernach richten ſollten. „ Wollte man nun dieſe *leges et conſuetudines* nichts mehr „ gelten laſſen, ſondern in dem Röm. Reiche *abrogiren*; ſo „ verſtünde ſich von ſelbſten, daß dieſe große Dinge in der „ höchſten Reichstribunalien Mächten nicht ſtünden, ſon- „ dern unſere Regierungsform wie dieſelbe in dem H. „ *gaudeant*, gefaſſet, gäbe darunter Ziel und Maas, daß „ *nempe, ubi leges ferendae, interpretandae vel abrogandae*, alles „ *libero et comitiali ſtatuum Imp. conſenſu atque ſuffragio* vor- „ genommen, und aufgerichtet werden ſolle. Es würden „ wohl noch mehrere Stände im Reich ſeyn, die ſolche „ *pacta ſucceſſoria* unter ſich hätten, denen vielleicht unge- „ legen wäre, wann über ihre *pacta* die Reichsgerichte „ nach Gefallen ſollten diſponiren können, ehe noch *lex* „ *pragmatica* vorhanden, wodurch den bisherigen, zur „ *Conſervation* der *illuſtern* Familien eingeführten Gebräu- „ chen *derogirt* würde ꝛc. „

Similiter et poſtea Miniſtri plenipotentiarii der altfürſtl. Häuſer, Offenbaci A. 1741. Congregati, punctis ſuis adcapitularibus, collegio Electorum oblatis inſerebant Nro. 32.: „Daß der „ regierende Kaiſer dahin ſehe, und ernſtlich darauf halte, daß die „ Reichsgerichte in vorkommenden Fällen die übliche Verfaſſungen, „ Pacta, und Obſervanzen der Churfürſten und Ständen in rebus „ Domus

„ Domus beobachten, und dargegen mit widrigen Erkenntnißen nicht „ verfahren, ſondern ſie, wie in controverſiis, ſo dahin einſchlagen, „ und an Sie gebracht werden, pro norma judicandi nehmen, alſo „ auch auſſer ſolchen Fällen ſich nicht darein miſchen, noch weniger ſol= „ che caſſiren und vernichten ſollen. „ b) — Sed nihil effectum. Monebat interim adhuc in comitiis occaſione materiae viſitat. cam. *Palatinus* A. 1766: "Es wäre denen in Frage geſtellten gra- „ vaminibus wegen Ueberſchreitung der Privilegiorum, Auſtraega- „ rum, et primae Inſtantiae, auch die ſchlechte Achtung der pacto- „ rum familiae beyzugeſellen. „ — Cui adſtipulabatur *Bada Baden-ſis* etc. At vero contendunt ſuprema Imp. trib. pacta ejusmodi gentil. praecipue a Caeſarea Majeſtate non confirmata, nec debito ſibi modo inſinuata, neutiquam comprehendi *ſub ſtatutis et conſuetudinibus* illis *localibus*, in judicandi normam ſibi praeſcriptis, nec *jure communi* contineri, nec *privilegiis*. — Sane pactis familiae, quatenus *inter ipſos paciſcentes* agitur, etiam citra confirmationem Caeſaream judicialem auctoritatem tribui deberi, ſatis jam *ex natura conventionum* adparet, quas etiam ſuprema Imp. trib. attentione judiciali non debent dedignari; at vero qua *legem familiarem poſteros obligantem, in vim ſimul normae judicialis Imp. non obſervatis obſervandis*, ex analogicis argumentis non aeſtimant; — Utrum vero haec poſterior criſis, ſalva illa, atque indubia illuſtrium et nobilium Autonomia, per Imp. publice agnita, defendi queat? dubito. Ineſt enim Autonomiae illi, ut ſupra expoſui, non tantum ea vis, qua 1) leges ſibimet ferendi poteſtate excellit, ſed et ea 2) qua leges, vi illius latae a poſteris praecepti inſtar cuſtodiri, et 3) *ſecundum ea a judiciis reip. judicari debet.* Unde *pſeudo analogiam* hic ſubeſſe, ex ipſis rerum argumentis facile quis demonſtraverit.

Ad *Comitia* in his cauſis relatam ſaepe cauſam eſſe, pacta familiae, ſtabilitas in iis normis ſuccedendi, primogenituras, eorum interpretationem, abolitionem etc. concernentem, docent acta Imp.

---

b) Moſer Anm. über die Wahlcap. Carol. VII. Th. II. S. 383. fg.

Imp. publica; tum, quod totum hoc caput, *legiſlationem politicam illuſtrium privatam, ab Imperio hactenus agnitam, ſtrictiusque determinandam, ceu rem publicam*, et Imperii Germ. *ſtatiſticam* (eine pure Reichs Staatsſache) *potius, quam cauſam ſtricte judiciariam et Juſtitiae*, (eine Juſtitzſache) concerneret. Revera etiam hoc intuitu celſ. Conſilium Imp. Aul. ceu judicium veteri illi principum judicio ſubrogatum, diſerte nonnunquam a ſtatibus publice recognitum, declaratumque eſt, ad quod cauſae ejusmodi *ſpecifice*, cum totali prorſus excluſione cognitionis camerae Imp. deferendae eſſent, *quippe cauſis gentil. indiſtincte ad eas, quas prior aetas cauſas honoris* (Ehrenſachen) *nominabat, ductu conſtitut. Frider. II.* 1235. *relatis.*

Sane negari non poteſt, ejusmodi cauſas conventus principum, et curias Imp. multoties *olim* exercuiſſe, inque iis non *politicam* duntaxat, ſed et *judiciariam* quondam poteſtatem emiſiſſe, ut exemplis Saec XIII et XIV. facile demonſtrari poſſet; at vero, cum ordinata oeconomia ſupremorum Imp. trib. habitus comitiorum priſtinus totum quantum immutaretur, multaque jam antea de his cauſis a comitiis diſerte ad judicium curiae Imp. remitterentur, enata autem poſtea camera parem, niſi in cauſis exceptis, cum illo jurisdictionem nanciſceretur, non ſine jure haec ipſa praetendit, etiam ſeſe in cauſis generoſis quibuscunque, recte judicare, niſi vel a) *excluſiva poſſeſſio* cognitionis privativae ex parte conſilii Imp. aul. b) aut *reſervatio* jurisdictionis ſpecialis, in certis generibus cauſarum, a Caeſare tunc facta, — aut c) demum *indoles cauſae ſpecialis*, v. c. (einer puren Reichs Staatsſache) *edoceri queat.*

Hoc pacto v. c. cognitiones ſuper *jure primogeniturae*, pactisque et autonomia illuſtrium, ceu fonte, ex quibus promanant, diſceptationem publ. multoties effecere, *utrum juſtus earum arbiter etiam Camerâ Imp. eſſe queat?* Negavit idipſum J. G. Eſtor

Eſtor *c*); at vero *confirmatio* quidem *primogeniturae* excluſivum caeſaris eſt reſervatum; ſed *manutenentiam*, *conſervationem*, et *tuitionem judicialem* illius, non *politicam*, ſed *judiciariam* ſaepius curam, camerae Imp. communem efficere, fruſtra quis negaverit. Similiter camerae nec *confirmatio alterius pacti gentilitii*, normam ſucceſſionis etiam determinantis, (excepta tamen, ut diximus, *primogenitura*) nec *judicium ſuper ejus validitate* denegari poteſt; de jure primogeniturae enim ſic ſtatuo: camera Imp. ſuper validitate pacti, ſtatuti gentil. aut teſtamenti, quo primogenitura introducta eſt, decernere nequit; ejusmodi enim deciſio neceſſario involvit confirmationem, quae Caeſaris reſervatum eſt, a Conſilio Imp. aul. excluſive tractandum; ſaltim ſeparare judicium ſuper puncto juris primogeniturae a Decreto ſuper validitate pacti gentil. ſive ſtatuti in genere, priusque ad forum competens remittere, camerae oporteret. Econtra vero recte decernit camera in iis cauſis, in quibus quaeſtio duntaxat volvitur, *utrum vigore obſervantiae, in familia jus primogeniturae receptum ſit, et ſubſiſtat, minusve*; res enim *facti* potius, quam *juris* eſt, nec vel immediate, vel mediate jus confirmationis Caeſ. in quaeſtionem occurrit *d*).

### §. 27.

### *Habitus Autonomiae et Poteſtatis patriae, ad Autonomiam communem gentilitiam, et pacta famil. in genere.*

Indiſtinctam adplicationem pacti gentilitii, et obſervantiae, intuitu liberorum, et ulteriorum deſcendentium modificat nonnunquam paterfamilias vi Autonomiae ſpecialis, et Poteſtatis patriae, con-

c) ap. Pütter opuſc. rem jud. Imp. illuſtr. pag. 40.

d) Cfr. Moſer Tr. v. d. deutſch. Juſtizverf. Th. I. S. 1069.

conditis teſtamentis, pactisve inter liberos ſpecialibus. Modificationes ejusmodi mox *reſtrictionis*, mox *ampliationis*, nunc *abolitionis*, nunc *Interpretationis* effigiem, in relatione ad communes illas familiae leges exhibent, adeoque non raro *conflictum legum pragmaticarum in una gente* cauſant, qui ex diverſo, quo familia in genere, et paterfamilias intuitu deſcendentium ſuorum in ſpecie, multoties utuntur, intereſſe familiari, et domeſtico originem capere ſolet. Quaeſtio igitur oritur, *an, et quatenus patrif. ill. vel nobb. liceat, privatis diſpoſitionibus inter ſuos conditis modificare vulgarem pacti gentil. communis praeexiſtentis adplicationem? numne haec illis, illave his in concurſu cedere debeant?* advertis hic *colliſionem legum*, momentis tam politicis, quam juridicis, ſpeciatim judiciariis gravem; agitur de jure poſterorum, privata Autonomia ſpeciali limitandi ea, quae ex communi Autonomia poſteris omnibus irrefragabiliter in vim legis praecepta erant. Res, parum hactenus elucubrata *e*).

Docuit Eventus cauſarum publicarum multoties patresfamilias arrogaſſe ſibi, mox *ex qualitate capitis familiae*, mox *aliunde*, poteſtatem derogandi fundamentalibus gentis unionibus, atque teſtamentis ſuis, ſub clauſula nonnumquam inſerta: *ſalvis de caetero pactis familiae;* multa ordinaſſe, quae non ſuos duntaxat liberos, ſed et nepotes, pronepotes, ſeramque a ſe poſteritatem obligarent, quaeque quodammodo vigore ſtatuti gentilitii *in ſua linea*, cum exceptione pactorum fam. generalium, *in vim legis ſpecialis* ſubſiſterent. Sic enatam ſcio in ill. gente quadam quaeſtionem, cum nepotes teſtamentum avi, caeteri vero unionem gentil. perpetuam et communem, legis inſtar allegaſſent, utraque vero velut e diametro ſibi contrariarentur, quidnam praevalere, et Normae inſervire debeat? In qua re univerſim ſequentia mihi probiora videntur:

1) Utri-

*e*) Colliſionis legum theoriam dedit N. Hertius, diſp. ſpec. ſed totum hoc thema aeque hic, quam ap. Clermont, d. LL. privatis, eorumque conflictu in germ. fruſtra elucubratum quaeſieris.

1) Utique Patriſam. licet variis modis arbitrum inter deſcendentes ſuos, etiam quod ad pacta fam. generalia agere, *quatenus jura agnatorum, aliorumque, inter quos haec non actitantur, ſalva relinquuntur.* Hoc pacto licet patri, non ſatis ibi determinata, determinare, dubia privata interpretatione legis inſtar declarare, rigorem addere, additum lenire, defectus ſupplere, obſoleta, ſtatuique hodierno parum convenientia immutare, e. i. p. 2) Verum enimvero procedit hoc nonniſi in iis capitibus, *quae domeſticum cujuscunque patriſf. habitum privatiſſimum concernunt*, (eigentliche Hausſachen;) ratione hujus enim ipſa illa pacta gentilitia revera iterum nonniſi *normam quandam proviſionalem*, ſeu *conſilium gentilitium* ſuppeditant, a qua recedere cuilibet patriſam. integrum. Econtra vero ea capita pacti gentil. *quae revera baſin et fundamentum habitus integrae familiae concernunt*, nequidem inter ipſos liberos pacto privato, teſtamento etc. a patre alterari poſſe, contendo; lubricus enim hoc pacto fieret vigor unionum gentil. cujus firmamentum inter omnia peraeque membra ſubſiſtere, ratio non una politica ſuadet, niſi iidem conſentiant. Sic v. c. quilibet parens teſtator ſapienter non ſolum *poteſt*, ſed et ex ratione decori *debet* augere apanagia, vidualitia, dotes etc. quorum ſummam, forte ante plura retro ſaecula definitam, ſtatui hodierno, ſuorumque fortunae non convenire judicat. At vero privato auſu, ſine liberorum conſenſu v. c. *primogenituram* olim pactis gentil. introductam tollere, liberosve ſuos ab efficacia eorum eximere fruſtra tentaverit, quoniam eorum, quae fundamentalem integrae familiae rationem exprimunt, arbitrium ſibi adſciſcere, procul a privata poteſtate, qualis patria eſt, recedit. — 3) Idem dicendum de *poteſtate capitis familiae*; (Chef des Hauſes) recteque judicat Moſerus *f*): „Die Frage: num pacto familiari derogari poſſit ab eo, qui caput „eſt familiae, et eo nomine a caeteris agnoſcitur? iſt auf alle Weiſe zu verneinen, und ein Chef des Hauſes kann von einem gemeinſamen Stammvertrag mit Recht nicht mehr abgehen, als das geringſte „Glied deſſelben;„ *directorium* enim illud capitis familiae, etiamſi pro

f) Famil. Staatsr. Th. II. S. 910.

pro Regula ſubſterni poſſet, attamen in ejusmodi cauſis, fundamentalem habitum familiae non raro concernentibus, pro *inſufficienti*, ad mutationem, derogationemve pactorum fam. ſimpliciter ſuſcipiendam, merito habendum eſſet. Nec eſt, quod communiter objiciunt, hoc pacto non interverti *ipſam llationem gentil* ſed ejus *adplicationem* ad liberos duntaxat immutari et *modificari*; commenſuranda enim eſt haec modificandi poteſtas nonniſi ex ea poteſtate, ex qua procedit; procedit autem ex *domeſtica*, *privatiſſima*, *paterna*; igitur nonniſi in iis cauſis, quae *patrios lares*, *fortunam*, *habitum*, *latifundia* e. i. p. reſpiciunt, jure obtinet; quod reliquum eſt, quod *publicum*, quod *commune intereſſe* ſapit, ſine poteſtate agitur, nulliter, incaſſum. —

Interim candide profiteor, utramque in latitudine ſua conſideratam poteſtatem, gentilitiam ſcil. et paternam, adeo exactis terminis ſibi non conſtare, nec LL. Imp. nec obſervantia ſtabili, omnes, qui eveniunt, caſus comprehendente determinari, ut non hic ipſe conflictus larga differentiarum politico-juridicarum occaſio et fuerit hactenus, et in futurum adhuc eſſe debeat. Nullibi vero, quam in puncto primogeniturae, teſtamento aut pacto privato parentum ſtrictius vel aliter determinando, vel eodem plane abolendo, gravitas magis eluceſcit, cujus poſt Moſerum g) adcuratiori induſtria exponendae rationem curasque hic aliis linquimus. —

§. 28.

### *δδ) Circa Neceſſitatem, utilitatemve confirmationis caeſ. moribus deſuper expeti ſolitae.*

Efficientiſſima eſt libertas domeſtica familiar. ill. hodierna, omniaque fere complectitur, ac velut praeoccupaſſe videtur, quae vel

g) A. a. O. Th. I. S. 349. ſgg.

vel juris, vel ſollicitudinis Imp. partem efficere poſſent. Parum itaque caeſari, per rationem *Plenitudinis poteſtatis* exercendum remanet, omneque reſiduum fere *confirmationibus* abſolvitur, quarum neceſſitatem in relatione dictae libertatis gentilitiae, quam diverſi diverſimode modo reſtrictam, modo extenſam eſſe perhibent, alii contendunt, alii negant — ſaepiſſime vero ſibi ipſis non conſtant, exteriora duntaxat et corticem carpentes, nucleum relinquentes. Liceat et nobis de re, quae ſummos judices, rerumque publ. arbitros, nacta eſt hactenus, modeſtum judicium ſubjungere, ſi non limatum prorſus, a partium certe ſtudio alienum.

*Utrum neceſſaria, utrum utilis ejusmodi confirmatio pactorum gentil. de praxi germ. hodierna in genere ſit habenda?* *generaliter et in theſi* determinare graviſſimae difficultatis quaeſtio nobis videtur; *in ſpecialibus enim caſibus* multo expeditior, adcuratiorque de eo reſponſio ferri poteſt. — Sufficiat nobis itaque de tota hac re theorema generale ſubſternere: *ab affectibus non petitae confirmationis caeſ. in genere, ab ejus expetendae vel neceſſitatem, vel utilitatem rectiſſime, tutiſſimeque tantum concludi poſſe.* Effectus ſcil. non petitae confirmationis pro re nata hi ſunt in genere, quod vel a) pactum ipſum, vel caput ejus particulare plane non ſubſiſtat, vel b) legis poſteros obligantis efficaciam non adipiſcatur, vel c) dubia et differentiae, quae eidem circa formam, materiamve objici queant, auctoritate caeſ. ſuppleantur, et reſecentur. Itaque ſi pactum gentil. uno alterove morbo ejusmodi politico laboret, manum ei medicam ab Imperio conciliari mox *neceſſarium*, mox *utile* duntaxat eſt. Nonniſi in ſingulis igitur caſibus ſpecialibus neceſſitas ſeu utilitas ejusmodi confirmationis caeſ. defendi poteſt, adeoque andabatarum more pugnare mihi videntur, qui deſuper *theſin generalem*, *omnibus pactis*, *omnibusque caſibus obvenientibus aeque congruentem*, efformare cupiunt. Praedicant ii *LL. Imperii*, crepant *obſervantiam*; at vero haec ipſa poſterior demonſtrat lucide, in uno caſu confirmationem *neceſſariam abſciſſe* fuiſſe, quae in altero caſu vel *ſuperflua*, vel *utilis* duntaxat fuit, adeoque *neutiquam* in his rebus *conſtantem ſibimet*, *uniformem vel extitiſſe unquam*, *vel adeo ſana ratione exiſtere potuiſſe.* Qui haec negaverit, diſcutiat

tiat quaeſo, et percurrat caſus, in quibus pactorum ejusmodi confirmatio ab ill. et nobb. quaeſita hactenus fuit, attendat effectus, comparet internam et externam ejusmodi pactor. oeconomiam, quam habuere, atque ſic determinet, utrum neceſſaria, minusve fuerit confirmatio petita; ſicque ab Exemplis formet ſibi pro dijudicandis futuris caſibus regulas, et theoremata publica. *In cauſis publicis*, ſpeciatim politicis, variis caſibus obnoxiis, raro generales Regulae ſufficiunt, ſed ad *ſpecialia* transcurrendum, et pro his formandae, ex iisque deſumendae Regulae; cautio haec eſt in tractando Iure germ. publico, iis merito adnumeranda, quas dedit olim ill. Treuerus *h)*. —

Audiamus ill. Bienerum *i)*, de effectu confirmationis caeſ. pactorum gentil. in genere differentem: „ Erſtlich, inquit, hebt das „ Kaiſerliche Erfüllungsrecht alle diejenige Fehler, welche bey dem Ver„ trag, oder Hausgeſetze etwan können in Anſehung des Conſenſes, und „ dergleichen vorgefallen ſeyn. Es wird alſo von dieſer Seite „ die Verordnung, welche in Anſehung derer, die ſie ge„ macht, ein Vertrag, — in Anſehung der Nachkommen„ ſchaft aber ein Geſetz iſt, auſſer aller Anfechtung ge„ ſetzt. 2) Wird ein Vertrag der Familie dadurch eben „ ſo gültig, als ob er in einem Reichsgeſetz ſtünde; er „ bekömmt öffentliches Anſehen im ganzen Reich, und „ jeder andere Reichsbürger muß ihn als gültig und ver„ bindlich anerkennen; und ſo wird ein Hausgeſetz auch „ gegen die Anfechtung anderer Reichsbürger geſichert. „ Allein da ein ſolcher Familienvertrag doch blos zum Beſten der Familie „ gemacht und beſtätigt wird, ſo können die Nachkommen, Kraft der ih„ nen ſo wie ihren Vorfahren zuſtehenden Autonomie, das Hausge„ ſetz abänderen, und abſchaffen, und hier hebt das jüngere Hausgeſetz „ das ältere auf, und jenes wird nunmehr ein verbindliches Geſetz vor die „ Nach-

*h)* Diſſ. de Caution. in tractando jure publ. I. R. G.

*i)* Beſtimm. der Kaiſerl. Machtvollkommenheit. S. 283. ſq.

„ Nachkommenſchaft. Iſt ein Hausvertrag durch die Kaiſerl. Beſtätigung „ zu einem öffentlichen Geſetz, und zu einer pragmatiſchen Sanktion er= „ hoben worden; ſo iſt dieſes doch blos zum Beſten, und in Anſehung „ der Familie geſchehen; und alſo auch in dieſem Fall iſt es erlaubt, mit „ Einwilligung der Geſchlechtseigenthümer, einem alten, auch aus Kai= „ ſerl. Machtvollkommenheit beſtätigten, und zu einer pragmat. Sank= „ tion der Familie erhobenen Hausvertrag und Geſetz abzuändern, und „ aufzuheben. „ —

Quibus, ſi compares, conjungasve, quae cordate, pro more ſuo effatus eſt Miller c. l. p. 109. habebis in hac re proba multa in nucleo. „ Und das iſt dann, inquit, auch meine Meinung über die „ beſtrittene Rechtsfrage von der Nothwendigkeit, oder Nützlichkeit der „ Beſtätigungen der Haus= und Stammverträge, wovon unſere deutſche „ Publiciſten ſo viel Aufhebens zu machen wiſſen. Würklich hat man „ ſie von zehen Ecken her betrachtet, und beſtimmt, nur immer nicht von „ der rechten. Man fragt immer vorher, ob ſie nützlich, nothwendig, „ und überflüßig, und erörtert nachher ihre Wirkungen; heißt dann das „ aber nicht den Ochſen hinter den Pflug ſpannen, und das Principia- „ tum zum Principium machen? liegt denn in dieſer Familien = Au= „ tonomie nicht ſchon vor ſich ſo viele Urkraft, daß man im allge= „ meinen annehmen kann: Haus = und Stammverträge haben an und „ vor ſich keiner Beſtätigung nöthig; — und dieſe iſt nach Umſtänden „ nur alsdenn bald nöthig, bald nützlich, (ſonſt aber überflüßig) wenn „ es auf Fälle ankömmt, wo ſich dieſe Hausverträge entweder über die „ Gränze ihrer Geſetzgebung erheben, oder wo es um Tilgung gebrechli= „ cher Formalien zu thun iſt, oder wo ſonſten die Kaiſerl. Machtvollkom= „ menheit eine politiſche, oder juriſtiſche Lücke ausfüllen ſoll; — Et „ paucis interjectis pergit: Nimmt man die älteſten Fälle unſerer ho= „ hen Häuſer zur Hand, und erwägt daraus, wenn man vormals der= „ gleichen Beſtätigungen nachgeſucht habe, ſo wird ſich offenbar zu Tage „ legen, daß die Verträge immer etwas zum Grund geführt, ſo dieſelbe „ nothdürftig erheiſchet haben; daß man nunmehro aber umgekehrt die= „ ſe Beſtätigungen unbedingt zu einer polit. Nothdurft machen will, es „ mag denen Verträgen etwas fehlen oder nicht, iſt eine übelverdaute, „ mit dem ganzen Lehrgebäude der Beſtätigungen überhaupt ſchlecht zuſam=



„ men=

„ menhängende, und zugleich von deutſchen Reichsgeſetzen, und dem äl„ teren Reichsherkommen ganz entblöſete Grille, die nur erſt kaum ſeit „ 60 Jahren von einigen, der deutſchen Staatsverfaſſung unkündigen „ Schulfüchſen ausgeheckt, und zu Markte getragen worden iſt. — Huic conformiter, cum in Ded. Rechtsbeſtand der Regredient-Erbſchaft der Limburg-Sontheim-Speckfeldtiſchen Regredient-Erben, §. 80. ad evincendam confirmationis pactorum gentil. neceſſitatem adſtrueretur: „ Wird doch noch weiter dorten (K. Wahlkap. XI. 2.) „ erfordert, daß ſie (pacta fam.) auch nach denen habenden Kaiſerl. „ Privilegien aufgerichtet ſeyn ſollen; ſind dieſe jener gerühmten Au„ tonomie nicht noch mehr nachtheilig, als die Beſtätigung? —— „ oder iſt dieſe nicht eben wohl eine, — oder noch eben ſo viel, als eine „ Beſtätigung? — Kurz: die Kaiſerl. Confirmation wird dorten ſuppo„ nirt, keineswegs aber ihre rechtliche Nothwendigkeit deswegen vernei„ net; ꝛc. — recte contra notat Moſerus *k*), auf den Einwurf: „ der deutſchen Geſchlechter ihre Autonomie und Freyheit, auch über „ die Erbfolge Hausverträge zu machen, bleibt noch immer groß und an„ ſehnlich, wann ſolche ſchon Land und Leute wegen Kaiſerlicher Beſtäti„ gung nothwendig haben; — iſt die Antwort: davon iſt keine Frage; „ und aus jenem läßt ſich noch kein Schluß auf dieſes machen, ohne eine „ petitionem principii zu begehen. „ —

## §. 29.

### *Ulteriora de hoc argumento puncta per indicem velut exhibentur. — De confirmatione pactor. gentil. nobb. immed. et mediat. ſummaria.*

Unde conſequitur, atque procul ab omni dubio conſtat, 1) confirmationem caeſ. ſolennitatem eſſe, extrinſecus, atque *hypothetice* neceſſariam, ſcil. ſine qua gens ill. vel nobb. efficaciae et vigori legi-

*k*) Abhandl. von der Nothwendigkeit der Kaiſerl. Confirmat. bey Reichsſtänden, Familien-Verträgen ꝛc. (in ej. Abhandl. verſchied. Rechtsmater. St. XVIII. n. 4. §. 14. S. 364. ſqq.)

legitimo pacti ſui ſatis tuto confidere nequit; *abſolute* neceſſariam vero, et *ubivis* exquirendam eam eſſe, non poſſe mediis legitimis demonſtrari; quandoquidem enim compaciſcentes aleae rem relinquere maluerint, ſane nec juris, nec analogiae, nec ſanae rationis argumenta ſuppetunt, queis convincatur, etiam *ab invitis* expeti deberi, dictam confirmationem; — aut ſecundum ejusmodi pactum haud confirmatum decerni non poſſe, licet ceteroquin per ſe, ex ſubſtantia ſua ſit confirmabile. Similiter 2) verum eſt, in theſi et generaliter fines ſ. terminos *abſolutae neceſſitatis*, et *ſummae utilitatis* ejusmodi confirmationis caeſ. adcurate ubique diſtingui non poſſe, ita, ut non multoties fines *hujus*, in terminos *illius* transeant, finiumque regundorum in his cauſis judicium anceps, arduaeque deciſionis ſaepiſſime fiat; ex hoc vero tantum conſequitur, omiſſa confirmatione, compaciſcentes *interdum* ſibi nocere poſſe; neutiquam vero hic caſus eſt, qui praetermiſſa hac petitione pro confirmatione *ſemper* accidit; adeoque *ſemper* neceſſariam eſſe hanc confirmationem, fruſtra adſeritur. Nec 3) negari poteſt, confirmationem ejusmodi, ex cauſis urgentibus ſaepius hactenus denegatam fuiſſe, aut *interdum*, ſecundum internam pacti conſtitutionem et oeconomiam, in uno alterove, ſi non confirmatum ſit, pronuntiari poſſe; at vero et hic locus regulae dandus eſt: *a particulari ad univerſale non valet conſequentia*; quando et in quantum pactum ejusmodi nil continet, quod juribus caeſaris aut tertii cujuscunque officeret.

Conſignabimus hanc theoriam monitis quibusdam Moſeri *l*); juris, praxeosque momenta uno velut puncto comprehendentibus, quando inquit: „ Ein Familienvertrag kann einiges, oder „ auch wohl mehreres enthalten, welches, wenn deſſen Confirmation geſucht wird, nicht beſtättigt werden kann; daraus folgt aber noch nicht; „ alſo iſt der ganze Vertrag nicht confirmabel; — oder: alſo ſeyndt „ auch die Stellen, welche keiner ſolchen Bedenklichkeit unterworffen ſind, „ nicht rechtskräftig oder verbindlich; ſondern die Rechte und die „ Pra-

*l*) Cit. l. §. 23.

„ Praxis bringen nur ſo viel mit ſich: Alſo werden die wider-
„ rechtliche Stellen von der Confirmation ausgeſchloſſen; übrigens aber
„ ſolche dennoch in Anſehung derer, zu Rechtbeſtändigen Punkten er-
„ theilt. — 2) Es kann ſich gar wohl zutragen, daß ein Familienvertrag
„ einiges enthält, welches denen Rechten gewiſſer Intereſſenten ſo zu nahe
„ tritt, daß, wenn dieſelbe gleich, ſo bald ſie Nachricht davon erhalten
„ haben, oder doch, ehe der Vertrag in dieſem Stück in würkliche Ue-
„ bung gebracht worden, oder endlich, ehe er zu einem verjährten Her-
„ kommen gediehen iſt, demſelben gerichtlich widerſprochen hätten, ſolche
„ Stellen caßirt worden wären; wann aber beſagte vernachtheiligte Inter-
„ eſſenten, ob ſie es gleich wiſſen, entweder ſelbſt mit darein bewilligen,
„ und es nicht noch zu rechter Zeit wiederruffen, und Reſtitution dage-
„ gen ſuchen; — oder wann ſie wenigſtens dazu ſchweigen, lange darzu
„ ſchweigen, ſo lange darzu ſchweigen, daß er in die Obſervanz kömmt,
„ und durch mehrmalige Handlungen, und Länge der Zeit zu einem ver-
„ bindlichen Familienherkommen wird, (at vero nobis id problema
„ eſt: utrum ſola intereſſentium taciturnitate, uſuque longaevo
„ pactum familiae invalidum convalidari, ſpeciemque *obſervantiae*
„ *gentilitiae*, etiam *extraneos* obligantis induere queat?) ſo iſt Ih-
„ nen alsdenn auch nicht mehr zu helfen; und weil es in dem unterge-
„ ſetzten Fall weder um das gemeine Beſte, noch ſonſt eines dritten Rech-
„ te, ſondern blos um ihr Privatintereſſe zu thun iſt, welches ſie aber
„ nicht zu rechter Zeit behörig verwahret haben, ſo heißt es auch alsdenn:
„ jura vigilantibus ſunt ſcripta, und überſehen iſt auch verſpielt. „ —
At vero, quod ad hoc poſterius argumentum nos ab ill. viro totum
diſſentire, ex ſupra ded. clare evincitur.

Salva igitur, ſarta et incolumis hactenus etiam in hoc argumento eſſloreſcit Autonomia gentil. familiarum germ. illuſtrium, inter tot rudera libertatis germ. inconcuſſa, vafris Romaniſtarum laqueis feliciter erepta, favore caeſaris Imperii, ſupremor. ejus tribb. et cujusvis cordati germani digniſſima *m*). —

Idem

---

*m*) Praeclare Pütter, Abhandl. ob es als eine allgemeine Regel angenommen werden könne, daß Erbverträge Reichsſtänd. Häuſer ohne Kaiſerl. Beſtätigung nicht zu Recht beſtändig ſeyen? (in ej. Beytr. z. d. Staats- und Fürſtenr. Th. II.

Idem de confirmatione pactorum gentil. Nobilitatis germ. *mediatae* ſentio, quam non extante ſtatuto ſpeciali prov. *Conſilii* quidem ſaepiſſime, *utilitatis* ſaepius, *neceſſitatis* vero certis duntaxat caſibus, ad analogiam ſupra expoſitorum ſtatuendis, eſſe contendo *n*). Confundunt *confirmationes* cum neceſſitate aliorum ſolen-

---

Th. II. St. 34.) n. 25. inquit: „ Sollte das nun ausgemachten Rechtens
„ ſeyn, daß Reichsſtändiſche Hausverträge nicht anders, als erſt nach erhal-
„ tener Reichsgerichtlichen Beſtätigung, zu ihrer Rechtskraft gediehen; daß es
„ alſo erſt auf höheres Gutſinden ankäme, ob, und wie weit man den Inhalt
„ derſelben genehmigen wolle, oder nicht; daß nur in ſo weit, als die Beſtä-
„ tigung erfolgte, und nur von der Zeit an, da dieſelbe ertheilt worden, die
„ Verbindlichkeit ſolcher Verträge zu behaupten ſey; — ſo würden vielleicht
„ wenig ähnliche Beyſpiele zu finden ſeyn, daß freye Mitglieder einer bürger-
„ lichen Geſellſchaft — in ihren Familienſachen ſo wenig natürlicher Freiheit
„ ſich zu erfreuen hätten, als unſere Reichsſtändiſche Häuſer bey aller gerühm-
„ ten deutſchen Freyheit dann haben würden. „ —

*n*) Non igitur plane ac omnino ſubſcribo ratiunculis, quas de hac re protulit Weber Abhandl. von den Beſtätigungen der Verträge u. a. bürgerl. Rechtshändl. S. 43. „ Nach der heutigen deutſchen Reichs- und Länder-
„ praxis iſt bey confirmationibus tam caeſareis, quam territorialibus
„ hujusmodi pactorum domus einmal ſo viel richtig: wenn ein vorhandenes
„ Landesgeſetz dem eingeſeſſenen Adel dieſes harte Joch auflegt, und deſſen un-
„ geachtet iſt das Confirmations-Geſuch unterblieben, ſo erwächſt nicht allein
„ kein jus agendi daraus, ſondern es kann auch wohl directe, et expreſſe
„ mit deren Umgehung, gegen dieſelbe, nach Maasgabe der gemeinen Rechten
„ erkannt werden, und die adel. Ganerben mögen obenein fiscaliter angehal-
„ ten werden, ihre Hausverträge beſtätigen zu laſſen. Iſt aber eben kein Ge-
„ ſetz vorhanden, ſo tractirt man die Sache auf den Fuß des Kaiſerl. Reichs-
„ hofraths, das heißt, man kömmt indirecte bey, und nimmt dergleichen un-
„ confirmirte Hausverträge, ohne ſie ausdrücklich zu improbiren, nur als et-
„ was dieſes Orts ganz unbekanntes an, und überſieht ſie in judicando ge-
„ fliſſentlich. Eben dies geſchieht auch bey Confirmationen anderer Verträge,
„ welche ſich aber urſprünglich auf unconfirmirte pacta fam. beziehen, oder dar-
„ auf gründen; ſolchenfalls pflegt man allerley Reſervatoriclauſeln, und nah-
„ mentlich jene beyzurücken: daß zwar die gebetene Confirmation der vorliegen-
„ den pactorum ertheilt werde, jedoch dergeſtalt, daß dadurch die unconfir-
„ mirte pacta fam. worauf ſich jene angeblich gründen ſollen, als dies Orts
„ unbekannt, aus ſothaner Confirmation keine Kraft gewinnen, ſondern davon
„ ausdrücklich hiemit ausgeſchieden ſeyn ſollen, noch zum Regulativo erſterer

„ von

lennium, ex LL. prov. praecepto, pactis gentil. adhibendorum, v. c. intabulationum etc. de Selchow *o*), Fiſcherus *p*), alii.

## §. 30.

## *Concluſio.*

Percurrendum nunc eſſet in ſingula capita pactor. familiae, indagandique limites gentilitii forent, ſpeciatim circa jura ſucceſſionis, tutelae, vidualitii, Nuptiarum e. i. p. qua de re hactenus otium ſibi fecere Interpp. largumque nos ipſi ſpicilegium aliis relinquimus. At vero ſufficiat notaſſe paucis, eorum plurima ex vulgari, quam hic pro modulo virium elucubravimus, doctrina, ſatis determinari jamjam, et, ne in volumen ſpecimen academicum excreſceret, ſtudio a nobis in medio relicta eſſe. Quidquid vero de Autonomia illuſtr. et nobilium *gentilitia*, limitibus ſuis inſtructa diximus, inſervire aliis occaſioni poſſet, perveſtigandi Autonomiam Nobilitatis *eccleſiaſticae ſtatutariam*, cum et illam limitibus juſtis, per LL. Imp. obſervantiam germ. profanam et eccleſiaſticam, ſtabilitis, inſtructam eſſe negari nequeat. Sed claudendi nobis rivuli, naevosque, et menda, nobis a ſagacioribus condonandi licentiam precantes, ſatis ea de re nunc dixiſſe videmur.

THE-

---

„ von . . . confirmirter pactor. dotal. ꝛc. angezogen werden können. Indi-
„ recte zwingt dadurch mancher Landesfürſt ſeine eingeſeſſene Familien, ihre
„ Hausverträge zu ediren, und confirmiren zu laſſen. Und das hat, wenig-
„ ſtens auf der einen Seite, ſeine gute Analogie; weil ſo wenig die Reichs-
„ als die höchſte Landesgerichte, ſo ganz unbeſtimmt, und unbedingt in judi-
„ cando jeder charteque zu glauben, ſie pro baſi der künftigen judicatur an-
„ zunehmen, oder Kaiſer und Reichsſtände ſolche ſchlechthin als fontes ſpe-
„ ciales et ſpecialiſſimos ihrer Reichs- und Landeserkentniſſe zu reſpectiren
„ verbunden ſind. „ —

o) Elemen. jur. germ. §. 45. not. 4.)

p) Poliz. und Cammeral R. Th. I. §. 820.

# THESES

EX

# UNIVERSO JURE.

1. Recte dividitur jus naturae in abſolutum, et hypotheticum.
2. Princeps ferendo leges neutrum immutare poteſt.
3. Venenorum in bello uſus jure naturae proinde et gentium univerſali prohibitus eſt.
4. Reſiduum libertatis civium naturalis, cujus abdicationem finis civitatis non neceſſario exigit (nam minima tantum portio abdicata eſt erga emolumenta ex conjunctione nacta) eſt, et manet ſoli eorum arbitrio relictum; plane extra ſphaeram poteſtatis ſupremae directricis in civitate, non poteſt, non licet eam reſtringere.
5. Jus collectandi ex fine civitatis in caſu neceſſitatis et utilitatis publ. ſupremae poteſtati imperantis competit.
6. Poteſtati civili competit quidem placitum regium, poteſtati vero eccleſiaſticae non competit placitum eccleſiaſticum.
7. Poteſtati eccleſiaſticae ſecundum jus eccleſiaſticum univerſale competit jus circa temporalia, non vero jus in temporalia.
8. Licet parti Evangelicae ſe denominare corpus Evangelicorum, ſed tunc haec denominatio incipit eſſe periculoſa formae Imperii, adeoque illicita, ſi ſibimet ſub hoc nomine tribuat jura huic e diametro contraria, et ex nullo fonte juris publ. germ. juſtificabilia.
9. Praecipua Electorum praerogativa in eo conſiſtit, quod honoribus regiis fulgeant, et vi horum plures legatos primi ordinis (Ambaſſadeurs) ſimul mittere, et admittere poſſint.
10. Fundamentum juris territoriorum germ. partim in conſenſu Caeſaris, partim in conſenſu civium una cum illo cooperante in hanc immutationem formae germ. quaerendum eſt.
11. Superioritas territorialis vero nec eſt illimitata, multo minus poteſtas arbitraria, ei poſiti ſunt limites jure publ. univerſali, forma Imperii, et cujuslibet territorii.

12. Inter regalia ſtatuum cernimus eminere hodie potiſſimum jus collectandi. Exerceant Domini territ. hoc jus, ſed memores ſint aureae regulae: *ſuum cuique tribue.* Si indigentias reipubl. in conſiderationem ducant, non perdant quoque ex oculis imbecillitatem ſubditorum, cogitent, confirmatum fuiſſe ſtatibus per leges fundamentales jus collectandi, ſed limitatum ſolum, illimitatam poteſtatem nunquam fuiſſe conceſſam vi receſſ. Imp. de A. 1555. et 82. et de A. 1576. §. 11. 12. de A. 1543. §. 24.

13. Pax riswycenſis tanquam lex fundamentalis ſpectanda, et ejus articulo quarto adjecta clauſula ab Imperatore, et Imperii ſtatibus *utriusque religionis* approbata, et ratificata plene de jure ſubſiſtit, et in dijudicando a ſummis Imp. trib. pro norma habenda eſt.

14. Repreſſaliae in cauſis religionis ſunt prohibitae.

15. Concordata germaniae vim pacti publici habent, inde ſolus Pontifex illa nec interpretari, nec iis derogare poteſt.

16. Tota tamen natio germanica in corpore ſumta etiam irrequiſito Pontifice a concordatis Aſchaffenburgenſibus recedere poteſt.

17. Poteſtas eccleſiaſtica, et politica a ſe invicem neque directe, neque indirecte ſunt dependentes, potiſſimum ratione finis inter ſe diſtinctae, et ſuis limitibus diſcretae.

18. Hinc Pontifici in temporalia Regum, et Principum nulla competit poteſtas.

19. Semper eccleſia perſuaſa erat, ſuae poteſtatis eſſe, exercere jurisdictionem circa res et actiones diſciplinae exterioris, quae directe cum cultu divino et animarum ſalute nexum habent.

20. Nunquam tamen eccleſia negavit principibus jus diſponendi, et concurrendi circa ejusmodi res exteriores, quae, et in quantum ſimul directum cum felicitate reipubl. nexum habent.

21. Agnitum quoque ſemper in Principibus jus advocatiae, et jus cavendi.

22. Jurisdictio eccleſiaſtica ſacri regiminis in germania reſpectu Proteſtantium in Art. V. Inſtr. Pacis Osnabrugenſis §. 48. ſuſpenſa eſt usque ad amicabilem compoſitionem, et interim ſaltem quoad exercitium ex uſitata hactenus Imperii praxi Dominis territorialibus ceu pars ſuperioritatis territorialis fuit attributa, ſalvis tamen exceptionibus in eadem lege fundamentali ſtabilitis.

23. Hinc Proteſtantes ex tenore P. W. non ſunt independentes in cauſis eccleſiaſticis, ſed ſuprema Imperii trib. reſpective Dominos territoriales ut judices agnoſcere tenentur.

24. Imperator in Imperio romano germanico Epiſcopatus, eorumque Dioeceſes, ſine conſenſu Pontificis, Metropolitani, propriorum Epiſcoporum et Capitulorum Cathedralium dividere non poteſt.

25.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-678534-p0124-3

25. Religioſus ad ſacra Proteſtantium tranſiens et ejus liberi ad ſucceſſionem Patris aut avi Catholici non admittuntur.

26. Coadjutor annatas ſolvere non tenetur.

27. Saeculares decimis eccleſiaſticis inveſtiti, eas in qualitate decimarum ſaecularium tenent, adeoque ad reparationem Eccleſiarum non obligantur.

28. Matrimonium ſub conditione perpetuam ſervandi caſtitatem initum plane non ſubſiſtit.

29. Deflorator ſub ficta promiſſione deflorans virginem tenetur eam ducere.

30. Epiſcopis competit Poteſtas diſpenſandi in omnibus impedimentis Matrimonii dirimentibus.

31. Concurſus actionum, quid et quotuplex ſit, determinabitur.

32. Mulier ratione repetendae dotis praefertur omnibus creditoribus etiam hypothecam expreſſam anteriorem habentibus, et hocce beneficium juris etiam mulieri judaicae non denegandum eſt.

33. Si filia omnia ſua bona aliunde quaeſita marito in matrimonium inferat tam quoad proprietatem; quam quoad uſumfructum, pater non eſt obligatus ad eam dotandam. Secus, ſi uſusfructus manet apud Patrem quoad dies vitae.

34. Fidejuſſor obtento a debitore principali reſcripto moratorio a creditore convenire non poteſt.

35. Induciae vero, quas debitor ſive a principe per reſcriptum, ſive a creditoribus mediante pacto dilatorio obtinuit, non proſunt ejus heredi.

36. Injuriam inferunt anteceſſoribus Academicis Saecul. XIV. qui eosdem auctores receptionis juris rom. in germania eſſe, inculpant; cum teſtatiſſimo nunc conſtet, non a ſcholis ad fora, ſed a foro ſerius ad ſcholas traductum eſſe hujus juris infauſtum praeconium.

37. Acta Ludowici Bav. cum Gerlaco Archiepiſc. Mog. de ordinanda in judicio curiae Imp. ſtabili juris, legumque norma, primam et ſinceram juris peregrini ad cauſas ſtatus et juſtitiae Imp. poſtmodo adplicandi criſin et rationem exhibent; — inde ſpeciali elucubratione digniſſima.

38. Feliciſſimi procul dubio ſunt juris germ. cultores, qui in indagandis fontibus et orig. inſtitutorum, germ. memores ſemper ſunt Canonis: *unius rei plures eſſe poſſunt cauſae.*

39. Status hominum propriorum perſonalis et realis, medii aevi, ex antiquo ſtatu, et habitu familiae, ingenuis, (der Freyſtandſchaft) proprio, unice explicandus eſt.

40.

40. Antiquata illa lites dirimendi diverſitas: Nach Minne, und nach Recht; inter Illuſtres, et Nobiles, egregios olim penes ſe effectus habuit, quos magno ſuo detrimento abdicavit germanorum nobilitas.

41. Inſpectio, et viſitatio molendinorum, Jus ferendi ordinat. molares, et aquaticas, dirimendi lites über den Fachbaum ſive Zange, den Eichnagel, ſive Zeichen, das Wöhr, den Canal oder Ablaß, exigendi cenſum, den Waſſerzinns, Waſſerfall, mittendi die Geſchworne, und Mühlärzte, magis pertinere ad Dominum fluminis, quam eum, in cujus planitie mola exſtructa eſt, videtur.

42. Diſtinguenda probe in his, vicinisque terris 1) Freygüter. 2) Freyadeliche, ſive adelich freye Güter. 3) R. Ritterſchaftliche Güter. Poſtrema, dummodo anno Decret. 1521. revera R. Ritterſchaftlich fuerint, perfectam et abſolutam onerum territorialium, patrimonialiumque libertatem, — iſta determinatam duntaxat ab expreſſis, iisque tantum patrimonialibus oneribus libertatem, et praerogativam, nomine der Kammerfreyheit, inſignitam, — prima denique ex nulla parte regulam libertatis, ſed ubique exceptionem, intuitu omnium generum, ſpecierumque ſervitiorum, ſtrictim demum probandam, inferunt.

43. Definire diſcrimina inter ſucceſſionem feudalem, et allodialem, inter jus ſuccedendi, et ordinem ſuccedendi feudalem.

44. Liberi illegitime nati, ex diſparagio, ex matrimonio ad Morganaticam nati, adoptivi, legitimati per reſcriptum Principis, ſive per ſubſequens matrimonium, foeminae, clerici, monachi de jure communi non ſuccedunt in feudis.

45. Explicare notionem feudorum imperii, eorum hiſtoriam, diviſionem, proprietates modos conſtituendi feuda Imperii, certasque feudorum imperii regalium, non regalium, majorum et minorum ſpecies.

46. Vicariis Imperii jus reinfeudandi feuda imperii non videtur competere.

47. Dignitas delinquentis non eſt juſta cauſa mitigandi poenam.

48. Transactio cum delinquente inita non ſemper mitigat poenam.

49. Tortura in cauſis civilibus locum non habet.

50. Deferens juramentum voluntarium audiendus eſt, ſi probare velit perjurium formale i. e. doloſe contra conſcientiam pejeraſſe.

51. Actor poteſt reo invito deferre juramentum, licet deferens juramentum penitus nullas ſuſpiciones, vel probationes contra eum, cui delatum eſt, habeat.

vd 18

ULB Halle 3
003 340 368

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-678534-p0127-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-678534-p0128-5

1788, 5, G.

# DISSERTATIO
## INAUGURALIS JURIDICA
DE
# PACTIS GENTILITIIS
## FAMILIARUM ILLUSTRIUM
ATQUE
## NOBILIUM GERMANIAE,
EX
RATIONIBUS AUTONOMIAE EARUNDEM FAMILIARIS, PRIVATAE, STRICTIM ATQUE UNICE DIJUDICANDIS.

VULGO:

von den
in der Privatfamilien-Geſetzgebungs Freyheit
hauptſächlich begründeten
## Haus und Stammverträgen
des hohen und niedern deutſchen Adels.

QUAM
UNA CUM SUBJUNCTIS EX UNIVERSO JURE POSITIONIBUS
AUSPICE
*D. T. O. M.*
*CONSENTIENTE ILLUSTRI JURECONSULTORUM ORDINE*
IN ALMA UNIVERSITATE MOGUNTINA
PRO
*SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS RITE LEGITIMEQUE CAPESSENDIS*
PUBLICAE ET PLACIDAE ERUDITORUM CENSURAE SUBMITTIT


## HENRICUS HERSEMEIER
EICHSFELDIACO-BREITENBACENSIS
AA. LL. ET PHILOSOPHIAE MAGISTER


*DIE* *JUNII MDCCLXXXVIII.*
MANE HORA LOCOQUE CONSUETIS.


*MOGUNTIAE,*
Ex Typogr. Elect. Aul. Acad. privil. apud Joann. Joseph. Alef, Hered. Haeffner.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-678534-p0129-4